 gelizanti, uerum etiam quia secretum istud custodisti, neq; propefasti aliquando cuiquam
 tuæ admirationem facere felicitatis, ut diceres, quid fecisset tibi deus: nisi ei, cui prior ipse
 deus uel spiritus sanctus reuelauit. Hoc non leuiter perpendere nos uult euangelista, cum
 semel & iterum dicit: Maria autem conseruabat omnia uerba hæc conferens in corde suo

Deut. 32.

1. Iohan. 4.

Lucæ. 1.

Sanctorum con
 gratulatio su
 p beneficijs a
 cui collatis.

Lucæ. 1.
 Matth. 11.

Lucæ. 1.

Ecci. 34.
 Silentium Ma
 riæ circa se
 cretum dei.

Gene. 37.

Lucæ. 2.

Nunc dicta prosequamur. Introduxit me Rex in cellaria sua. Hoc ipsa quidem dixit uerbis alijs, scilicet uerbis cantici sui quo anima eius dominum magnificauit, sed (sicut iam dictum est) prior eidem, uidelicet ELIZABETH, spiritus sanctus, spiritus propheticus reuelauit. ¶ Et quæ sunt illa cellaria regis dei? Nimirum sacra mysteria, quæ

Esa. 39. cunq̄ue continentur in scripturis sanctis, Nam ista cellaria præciosa sunt, meliora cellis aromatatum, & argenti & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & omnibus apothecis regis supellectilis, thesaurorumq̄ue uniuersorum, quales habere potuerunt reges terrarum: & ille præcipue temporalis rex SALOMON. In cellaria sua (inquit) rex, non qualiscunq̄ue, sed rex coeli & terræ, me introduxit: nihil enim à me abscondit: sed omni dulcedine sua me inebriauit. Qui enim uerbum suum, quod erat, & est in corde suo, mihi totum infudit: quomodo non etiam cum illo mihi omnia donauit? Non enim introductio qualiscunq̄ue hæc debet intelligi, sed introductio cum iure possidendi: sicut ius est sponsam legitimam, cum tabulis matrimonij in dotem suam introduci. Quid ad hæc illa ELIZABETH, cum istud intus aure cordis percepisset?

Lucæ. j. **L** Exultabimus & letabimur in te. ¶ Hoc uere dixit, & cum magno clamore dixit. Ait enim uoce magna. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis: exultauit infans in gaudio in utero meo. Et beata, quæ creditur fuisse, quoniam perficientur, ea quæ dicta sunt tibi à domino. Nonne hoc erat dicere exultabimus & letabimur in te? Iam enim incipimus ego & infans in utero meo exultare in gaudio, à uoce salutationis tuæ. Ex hoc & nos, & qui uenturi sunt post nos, exultabimus & letabimur in te, & cantabimus dicentes, quia Eua nos fecit plorare, MARIA nos fecit exultare. Nam quod illa tristis abstulit, tu reddis almo germine: lectico exultabimus & letabimur in te. Quomodo in te? Dicam paulo expressius. **L** Memores uerberum tuorum super uinum recti diligunt te. ¶ Hæc est & erit materia uel causa exultationis uel lætitiæ nostræ in te, memoria uerberum tuorum, quia uirginis uberibus lactasse illum prædicaberis qui creauit te: Dicemus enim. Beatus uenter qui te portauit CHRISTE, & beata ubera quæ suxisti. Et si aliud quid mysticum per ubera recte potest intelligi, attamen causa ista cunctis erit amabilis, quia is, qui angelos suæ uisionis dulcedine pascit: tua ô felix uirgo ubera suxit. ¶ Huius rei memores super uinum, id est, super omne quod in hoc seculo dulce uidetur aut iocundum, recti diligunt, id est, certissime diligunt te. Rectorum illorum primus est & erit infans iste, qui à uoce salutationis tuæ, qua salutasti me: iam exultauit in gaudio in utero meo & lætatur in te. Iam cepit exultare & lætari in te, & exultare non desinet, memor uerberum tuorum super uinum, id est, omne seculum respuens & carnalis uoluptatis commercium, uirum se deo dedicans uirginis neum, propter uerbum tuorum lac dulcissimum, quæ uidelicet ubera tua de cælo plena lacte uirgineo lactauerunt deum. ¶ O multi utriusq̄ sexus, propter hoc ita te diligunt & similitert facient. Num paruum est hoc memorale tuum? Immo inter omnia quæcunq̄ue fecit deus memorabilia, præcipuum & omnis creature expectatione est dignum, quod is, qui angelorum cibus est, homo factus ex te propter homines, tuis uberibus lactari dignatus est.

Lucæ. ij. Recti ergo, hoc ipso, quod recti sunt, quod non inuidi, immo beniuoli sunt, memores uerberum tuorum, diligunt te. Quis fructus dilectionis huius? Quæ merces aut quod premium? Abundantia. Dicit enim spiritus sanctus in psalmo. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te. Cuius rei abundantia diligentibus te o sancta Hierusalem, nisi eius quæ diligitur in te. Tale est bonum tuum, bonum uidelicet à deo datum, ut quisque diligendo facere possit, & faciat esse suum. Diligendo ergo in te, quod mater

Super uinū es domini, fidelis anima & ipsa mater fit, Ipse enim meus (inquit) & frater & soror & mater est: quicunq̄ue fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est. Cuius uidelicet paternæ uoluntatis si summam querimus, credere, sperare, & diligere est. Non ergo paruo premio, habendo fidem recti sumus, habendo spem memores sumus, habendo charitatem te diligimus.

Memores uerberum tuorum ¶ Recti diligunt te. Quis fructus dilectionis huius? Quæ merces aut quod premium? Abundantia. Dicit enim spiritus sanctus in psalmo. Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te. Cuius rei abundantia diligentibus te o sancta Hierusalem, nisi eius quæ diligitur in te. Tale est bonum tuum, bonum uidelicet à deo datum, ut quisque diligendo facere possit, & faciat esse suum. Diligendo ergo in te, quod mater

Recti diligunt te. es domini, fidelis anima & ipsa mater fit, Ipse enim meus (inquit) & frater & soror & mater est: quicunq̄ue fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est. Cuius uidelicet paternæ uoluntatis si summam querimus, credere, sperare, & diligere est. Non ergo paruo premio, habendo fidem recti sumus, habendo spem memores sumus, habendo charitatem te diligimus.

Psal. lxxj. ut quisque diligendo facere possit, & faciat esse suum. Diligendo ergo in te, quod mater es domini, fidelis anima & ipsa mater fit, Ipse enim meus (inquit) & frater & soror & mater est: quicunq̄ue fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est. Cuius uidelicet paternæ uoluntatis si summam querimus, credere, sperare, & diligere est. Non ergo paruo premio, habendo fidem recti sumus, habendo spem memores sumus, habendo charitatem te diligimus.

Matth. 23 ter est: quicunq̄ue fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est. Cuius uidelicet paternæ uoluntatis si summam querimus, credere, sperare, & diligere est. Non ergo paruo premio, habendo fidem recti sumus, habendo spem memores sumus, habendo charitatem te diligimus.

Sequitur

Sequitur.

L Nigra sum sed formosa, filie Hierusalem, sicut tabernacula Cedar: sicut pellis Salomonis: Nolite me considerare, quod fusca sum: quia decolorauit me sol. **I** Res ipsa exigit ut queramus, quousque uel quam diu beata uirgo **MARIA** mansit cum illa Elizabeth cognata sua. Vtiq; mensibus tribus, fere usque dum Elizabeth tempus pariendi impleteretur. Ille nanque mensis sextus erat illi, quæ uocabatur sterilis, quando **MARIA** nuncio bono impleta, exurgens, abiit cum festinatione in domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth. **MARIA** autem mansit (inquit Euangelista) cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domum suam. Statimque subiungit. Elizabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. ¶ Ergo Maria iam non erat illic, quando Elizabeth peperit filium. Cur (quereso) interfuit? Cur tanti gaudij, tantæ exultationis festiuitatem non expectauit? Cur discessum suum non distulit, donec uideret infantem quem uidisse gaudium fuit? Non ignorabat angelum dixisse ad Zachariam. Et erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Item. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti uerbis meis. Cur non expectauit uidere hoc miraculum, scilicet eum, qui mutus fuerat, aperto ore eius & lingua eius, cum nomine **IOHANNIS** loquentem & benedicientem deum? Nonne magis ad eam quam ad quamlibet alium pertinebat congratulari, & audire uerba cantici de ore prophetantis, & tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini parare uias eius? Cur igitur quæ & eatenus non uenisse causam habere uideretur, ut saltem illa die ueniret, cognata cum uicinis & alijs cognatis illius, & congratularetur: e contra cum iam dudum uenisset, iccirco discessit ne interesset gaudentibus & congratulantibus. ¶ Causam nesciremus, rem ipsam, id est, discessum eius non animaduertemus, nisi excitasset intellectum uox ista, per spiritum sanctum in persona eius prolata, nigra sum sed formosa. Quid enim hoc erat? Quid putamus facturos uel dicturos fuisse uicinos & cognatos qui multi conuenerunt, si inter eos inueniretur in utero habens? Ipse Ioseph uir eius, cui desponsata erat, quoniam inuenit eam in utero habentem, cum esset iustus, nolebat traducere eam: sed uolebat occulte dimittere eam. Ergo in oculis eius nigra erat, & est adhuc in oculis siue in sensu illorum, qui cum sint filij matris suæ, de quibus postmodum dicendum est: pugnant contra eam, contradicendo nobis credentibus & confitentibus eam de spiritu sancto fuisse in pregnatam. ¶ At illa dicere poterat & ueraciter dicit, nigra sum sed formosa: nigra inquam, id est, pregnans inuenta sum: sed formosa, id est, salua uirginitate de spiritu sancto impregnata. Bene actum, optime prouisum est, ut uentura postmodum multitudine ad illud natiuitatis **IOHANNIS** gaudium, reuerteretur in domum suam, ne prius ab illis deprehenderetur in utero habens, quam ab ipso beato Ioseph, qui dignus esset corrigi per angelum dicentem, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere **MARIAM** coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. ¶ Nec istud sufficisset, nisi etiam priusquam complerentur dies Mariæ ut pareret, locum mutauisset. Poterat nanque uicinis & notis fieri occasio loquendi, quod tam cito peperit uix habens menses sex: ex quo monente angelo beatus Ioseph coniugem suam accepit. Bene igitur, & hoc prouisum est, quod exijt edictum à Cæsare **AVGVSTO**, ut describeretur uniuersus orbis, quatenus per hanc occasionem, & scriptura impleteretur, quæ **CHRISTVM** de Bethleem nasciturum prædixerat esse, & uirgo ab omni uicinatorum quæsiuone liberaretur: quomodo tam breui tempore exacto, ex quo in coniugium accepta fuerat, peperisset. Dicat igitur. Nigra sum sed formosa, filia Hierusalem. Secundum opinionem male uidentium nigra, secundum fidem recte credentium formosa. ¶ Quam nigra & quam formosa? Nigra, sicut tabernacula Cedar: niger, id est, ferus homo iure fuit eiectus cum matre sua dicente **SARA**, ecce ancillam & filium eius: non enim erit hæres filius

Luc. 1.

Cur Maria
no interfuit
parui Eliza
beth.

Responsio.

Math. 1.

Nigra sum
sed formosa

Luc. 21

Mich. 5.

Gene. 27.

- Gala. 4. res filius ancille cum filio liberę, & è regione omnium fratrum suorum in solitudine fixit
tabernacula, ita & ego iure eicienda uisa sum, ita ut uir meus Ioseph nollet traducere, sed
Deut. 22. uellet occulte dimittere me. Multum erat miserationis in eo, quod occulte dimittere uo-
poteram existimari. Ergo nigra ego sicut tabernacula Cedar: quia sicut ille cum matre sua,
ita & ego cum eo quod conciperam uidebar eicienda, uiri mei domo & hereditate indigna. Cedar
(ut iam dictum est) pertinet ad Ismahel. Quare autem magis hic placuit dicere tabernacu-
la Cedar, quam tabernacula Ismahel? Videlicet quia Cedar tenebrę, Ismahel interpreta-
tur exauditio dei, magisque nomen tenebrarum, quam exauditio dei, congruit meę que
Formosa sicut pellis Salomonis.
lomonis.
nis dignitas sapientissimi regis incomparabiliter splenduit, ita ut nullus ei regum potue-
rit unquam comparari, ita & uirginitatis meę splendor præ omnibus sanctis & filiis regni
dei, est admirabilis, nec ei qui ex me natus est, quisquam sanctorum, nec ipse Isaac, eidem
Cedar longe prælatus & præferendus, potuit unquam uel poterit comparari. Quare au-
tem non dixi, sicut Salomon, sed sicut pellis Salomonis? Videlicet, quia formosa quidem
pellis Salomonis, sed non ipse Salomon ualde formosus fuit. Intus enim quandam defor-
mitatem habuit, etiam quando fulgebat formositas pellis. Dixit enim dominus illi, Quia
3. Reg. 11. habuisti apud te hoc, & non custodisti pactum meum & præcepta mea quę mandauit tibi
disrumpens scindam regnum tuum, & cætera. Quid nam est dicere, habuisti apud te nisi
ac si diceret, qualem te nunc ostendisti, sequendo deos alienos: talis eras etiam, cum de for-
Prouer. 9. ris me honorares, omni adoratione & pulchri templi edificio. Igitur melius dicere fuit,
sicut pellis Salomonis, quam sicut Salomon, ita formosa sum, quia non sicut habuit apud
se, sed sicut de foris edificauit templum manufactum, & sicut dixit. Sapientia edificauit sibi
q. fusca sim. sibi domum: ita ex me deus templum sibi non manufactum & non manufactam sapientiam sibi edi-
ficauit domum. ¶ Nolite ð filię Hierusalem considerare me, quod fusca sim, id est corrup-
pta, quia quod tumentem uterum habeo, quod inuenta sum in utero, quod fusca sim, id est corrup-
ta, quia uirum non cognosco, sed ita decolorauit me sol. Verus sol, & sole deus longe pul-
chrior, semetipso me impleuit, de semetipso uterum meum tumentem reddidit. Hocine est
Matth. 6. decolorari? Non apud uos o filię Hierusalem, quę habetis oculum simplicem, sed apud
superborum cogitationes, quorum nequam est oculus. Non erat nequam oculus Ioseph,
sed quandam excusabilem ignorantię nebulam habens, cito purgatus est, dicente sibi an-
gelo domini, quod sana cute decolorata essem, quam non flamma ignis de deorsum, sed
desuper sol decolorauit, quod salua uirginitate grauida essem: quam non uir terrenus, sed
pater cælestis, de spiritu sancto grauidam fecit. Non ita cæteri omnes cognitam uerita-
tem sequuntur. Sed quid? Filij matris mee pugnaverunt contra me, posuerunt me
custodem in uineis, vineam meam non custodiui. ¶ Filij matris meę, Iudei sunt, filij
Apoca. 3. synagogę, immo qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satana. Isti
als† in syna- goga pugnaverunt, id est, certissime pugnant contra me, considerantes & considerate uo-
lentes, quod fusca sim, quod non uere decolorauerit me sol, sed nigra sim nigredine omni-
moda sicut tabernacula Cedar. Hinc ab illis passa sum uel patiar pugnas uerborum, pug-
nas linguarum blasphemantium. Prædicatum est eis, quod non nigra, immo (ut iam dixi)
formosa sim sicut pellis Salomonis: sed contra pugnaverunt repleti zelo, & contra
Actu. 13. dixerunt propugnatoribus meis blasphemantes. Diximus ergo. Vobis oportebat pri-
mum loqui uerbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis ætere-
næ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. Posuit te in lu-
Esa. 42. cem gentibus, ut sis in salutem usque ad extremum terrę. ¶ Hoc modo posuerunt me cus-
Posuerunt me custodem in uineis, id est, in gentibus, quę non quidem erant, sed ex mea custodia factę sunt
uineis, uineę domini. Posuerunt inquam, id est, ut ego ponerer, effecerunt per incredulitatem
suam. Non enim ego prior illos, sed ipsi priores me repulerunt, & custodiam ea se se in di-
gnos iudicauerunt. Igitur iusto iudicio tales matris meę filios reliqui & uineam meam non custo-
diui, gēte meā non adiuui, nō defendi quin uenirēt locūq; & gēte tollerēt Romani. Puta-
uerunt

uerunt, quod si me repulissent, errare deberem in solitudine, sicut Cedar vel sicut Agar. Verum non ita est. Pro una uinea, quæ debuit esse mea, utpote gens mea, sanguis meus, & caro mea, multas uineas acquisiui, multas ecclesias in gentibus dilataui, quæ omnes custodiam meam habent, & habere desyderant, de meritis meis præsumentes, de intercessionibus meis confidentes, & pro huiusmodi custodia clamantes ad me iugiter. Hæc ad filias Hierusalem elocuta, quales refugit (ut supra iam dictum est) ne consideraretur ab eis, & inueniretur in utero habens, in illa frequentia uenientium ad Elizabeth, ut congratularentur ei: mox ad dilectum conuersa, dicit. **L. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie: ne vagari incipiam per greges sodalium tuorum.** Insensum uocis huius querenti, nec dubitanti mihi, quin ueraciter congruat tantæ tamq; beatæ uirgini, magnum & mirum sese ingerit, & aperit sacramentum illius euangelicæ lectionis. Cum factus esset IESVS annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolimam secundum consuetudinem diei festi, consummatisq; omnibus, cum redirent, remansit puer IESVS in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius, & cetera usque, & dixit mater eius ad illum. **Fili, quid fecisti nobis sic, Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te.** Quid enim? Nunquid casu gestum est, ut puer IESVS remaneret in Hierusalem, & parentes eius illum esse in comitatu existimarent, requirerent inter cognatos & notos, & non inuenirent, regressi in Hierusalem requirentes, post triduum inuenirent, non quomocunq; uel ubicunq; sed in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem? Nunquid hoc Euangelista tam diligenter scriberet, nisi rem sacramenti plenam esse sciret? Sunt & alia multa (inquit IOHANNES) quæ fecit IESVS, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt, libros. Si solam spectes rem gestam: quantum est hoc inter alia tam multa, ut illis omisiss ab Euangelista non deberet omitti? **¶ Igitur & in uoce ista indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie: & in illa re gesta, qua dixit eadem diligens & dilecta, Fili quid fecisti nobis sic: ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te: unum idemq; mysterium spectare iuuat.** Quid enim est comitatus de die festo redemptum, nisi frequentia uel ritus carimoniarum Iudaicarum, carimoniarum carnalium; ista namque, mandata uitæ non præcesserunt, sed comitata sunt, & si ritè consideres legis ordinem, postquam præcepta bona data sunt, quæ faciens homo uiueret in eis, ista carimoniarum præcepta quæ non bona, in quibus non uiuerent, à reatu uituli sumpserunt initium, & hoc erat iugum grauissimum, quod neq; nos (ait Petrus Apostolus) neque patres nostri portare potuimus. Super his magna conquisitio futura erat, & facta est: sicut in actibus Apostolorum legimus. Et quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, quia nisi circumcidamini, non potestis salui fieri, & quia oportet præcipere, seruari legem Moysi. Hoc erat, parentes Iesu existimare, Iesum esse in comitatu. Sed non erat ibi Iesus. Immo erat, & esse illum oportebat, in medio doctorum, audire & interrogare uerba uitæ. Hinc per Hieremiam prophetam fuerat prædictum. **Quia non sum locutus cum patribus uestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustorum & uictimarum: sed hoc uerbum præcepi eis dicens. Audite uocem meam & ero uobis deus, & uos eritis mihi populus: & ambulate in omni uia quam mandauì uobis: subauditur, in monte Oreb, ante reatum uituli, ubi iustificationes & præcepta uitæ dedi, scripta in tabulis digito dei.** **¶** Horum discernendorum utique magistrum te esse oportebat o beata Maria, & magistra magistrorum, id est Apostolorum, iuxta illud Fons hortorum puteus aquarum uiuentium, quæ fluunt impetu de Libano. An quia spiritus sanctus illos docuit, iccirco tuæ uocis magisterio non illis opus fuit? Immo uox tua uox illis fuit spiritus sancti, quicquid supplementi opus erat eisdem mortalibus uel testimonij, ad confirmandos singulorum sensus, quos acceperant ab eodem spiritu, diuidente singulis, prout uult, ex religioso ore tuo perceperunt, instructo ad loquendum, bene composito ad tacendum, prout tempus erat opportunum. An quia loco supra memorato de Actibus Apostolorum, ubi facta seditione propter carimonias Iudaicas conuenerunt APOSTOLI & seniores, videre de hoc uerbo, nullam tui mentionem scriptura fecit, iccirco pu

Gene. 16, 21.

Lucæ. 2

Iohan. 21.

Mysteriū de abolendis carimonij's Iudaicorum.

Leuit. 18

Ezech. 20.

Exod. 32

Actu. 15.

Hiere. 7.

Exodi. 20.

Cant. 4.

1. Cor. 12

Actu. 15.

circo putandum est, quodd conuentus ille te omiserit, & sanctum de tuo pectore de tuo ore spiritum non consuluerit: Imò & illic & in cæteris agendis tu princeps, omnem soluti quæstionem: ita tamen, ut non clamares, neque contenderes, neque audiretur uox tua foris: quia (sicut ante nos dictum est) tu sola es uirgo quæ uniuersam hæreticam prauitatem interemisti. Dixeri ergo, Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie: ne uagari incipiam per greges sodalium tuorum. Indicari tibi flagitabas, ut alijs indicare scires. Sed dico, Nunquid nesciebas? Nunquid quod prophetae scierunt, tu ignorabas? Vtique nescires: nisi desuper indicatum tibi fuisset. Et deus tuus filius tuus præsciebat, quodd resurrectorus esset à mortuis: & tamen in persona eius Psalmista dicit.

Esaiæ. 42

Psal. 40.
Maria nõ nesciebat, & tamen dolens quærebat.

Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. ¶ Dicit aliquis, Quid ergo est quod in supradicto loco euangelij, dum ista significarentur, dixit, Fili quid fecisti nobis sic, ecce ego & pater tuus dolentes quærebamuste, & cætera usque, & ipsi nihil horum intellexerunt? Ad hæc inquam. Et quid illud est quod Euangelista continuo intulit: & mater eius conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo? Igitur ecce duo quasi repugnantia. Si enim non nesciebat, quomodo quarens dolebat: dolens quærebat? Si autem nesciebat, quomodo uel quibus in corde suo conseruabat? Ergo neque à dextris, neque à sinistris sermo sit, quia ueraciter magna hæc prophetissa, quid ageretur non ignorabat, quoniam gratia plena erat: & tamen dolens quærebat, quoniam diuinae pensationi diuinæ, ipso suo silentio seruiens, quamuis cum illis quærentibus quæret, tempus tacendi custodiebat, & dolentibus condolebat. Quomodo autem dicenti, indica mihi, responsum est ex persona dilecti? Nam & percunctatio & causa percunctationis, melius cum responsione explanari poterit.

Pulchritudo Mariæ, fides & humilitas.

¶ Si ignoras te o pulchra inter mulieres regredere & abi post uestigia gregum: & pascce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum. ¶ O pulcherrima mulierum, o benedicta inter mulieres, cuius pulchritudo benedictio est, cuius pulchritudo ipse benedictus fructus uentris tui est, talis ac tanta causa tua est, ut sit te ipsam non ignores, statim scias illud quod quæris, dicens, Indica mihi, ubi pascas, ubi cubes in meridie: nec uerendum tibi sit, ne uagari incipias per greges sodalium meorum, id est, per conuenticula quæ fiunt circa cathedras siue doctorum nas scribarum & pharisæorum, qui sese mihi sodales siue pares faciunt, qui in carnis

Roma. 10.

nijs suis iustificari uolunt, qui suam querentes statuere iustitiam, iustitiæ dei, que CHRISTVS est, subiecti non sunt. Quid enim? Vnde pulchritudinem istam acquisisti, ut sis pulcherrima mulierum? ex fide & humilitate, an ex operibus legis? Nonne ex fide & humilitate?

Lucæ. 1.

Nam & beata quæ credidit, ait illa prophetissa, illa cognata tua Elizabeth, repleta gaudio, & exultans in spiritu sancto cum infante in utero suo. Beata (inquit) quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à domino. Non dixit beata, quæ inuenta est in operibus legis. Ecce beatitudo ex fide. Tu quoque statim cecinisti. Quare respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et ecce beatitudo ex humilitate. Ergo ex fide & humilitate, immò fides & humilitas tota pulchritudo tua est, & hic est locus requietionis meæ. Locus in quo dilectus tuus pascendo & cubando, delicietur in meridie, id est, in hoc tempore plenæ gratiæ: quando figura iam præterita, res illuxit: umbra depulsa, sol ueritatis ascendit. ¶ Si hoc ignoras consequens est, quodd dixi, egredere & abi post uestigia gregum, uidelicet eorum qui in lege uel in carne iustificari uolunt: & pascce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, id est, carnales habe alumnos secundum imitationem supradictorum sodalium meorum: quorum omnium cuncti greges, non oues, sed hædi sunt: utpote à peccato suo non iustificati, immò in peccato suo morituri. ¶ Cui post hac licebit in carne gloriari: Ecce illi, quæ de carne sua uerbum carnem factum peperit, si ignorat se, subauditur, unde alitissimo placuerit, dicitur, egredere & abi. Et in euangelio cum extollens uocem quædam mulier de turba, dixisset, Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti: quid responsum est ei? Quinimò, beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Hæc enim causa principalis est effectiua beatitudinis, & sine hac beata non potuisset esse uel dici. ¶ Attamē perseueranter & irrefragabiliter dicimus, beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti & bene

Colof. 2.
Abi post uestigia gregū.

Iohan. 8.

quorum omnium cuncti greges, non oues, sed hædi sunt: utpote à peccato suo non iustificati, immò in peccato suo morituri. ¶ Cui post hac licebit in carne gloriari: Ecce illi, quæ de carne sua uerbum carnem factum peperit, si ignorat se, subauditur, unde alitissimo placuerit, dicitur, egredere & abi. Et in euangelio cum extollens uocem quædam mulier de turba, dixisset, Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti: quid responsum est ei? Quinimò, beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Hæc enim causa principalis est effectiua beatitudinis, & sine hac beata non potuisset esse uel dici. ¶ Attamē perseueranter & irrefragabiliter dicimus, beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti & bene

Lucæ. 11.

Beatus uenter qui te portauit.

& bene dicimus, scientes quia hospitium uentris sui, quod creatori suo præbuit, & alimoniam lactis sui, quod ori eius ministravit, fide præciosa, & humilitate gratiosa cõmuniuit, atq; perornauit, compleuit & custodiuit, nullam habens unquam ignorantiam sui. Sequitur. *Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea.* Hoc est quod te nolo ignorare, & quod si rite perpendis ð amica mea, non ignoraste. Quisnam fuit ille meus equitatus in curribus Pharaonis. Vel quomodo in curribus Pharaonis? Magnam & mirum spectaculum respicienti, inde currus Pharaonis, hinc equitatum meum. Currus nanque Pharaonis ualde multi, ferro armati, pleriq; etiam auro uel argento insigniti fuerunt: equitatus autem meus uirga una fuit, uirga Moyfi & Aaron. Virga illa contra deuorauit uirgas Magorum: deinde percutiens aquas fluminis uertit in sanguinem, deinde de extensa super fluuios & super riuos ac paludes eduxit ranas super terram Aegypti, deinde percussit puluerem terræ & facti sunt cyniphes in hominibus & in iumentis, deniq; impleuit domos Aegyptiorum muscis diuersi generis, deinde fecit ut morerentur omnia animantia Aegyptiorum: & deinde facta sunt uulnera uesciarum turgentium, deinde extensa in coelum fecit tonitrua & grandinem mixtam igni ac discurrentia fulgura super terram Aegypti: deinde extensa super terram ascendere fecit locustam, & deuorauit omnem herbam quæ residua fuit grandini: deinde extensa in coelum, fecit ut essent tenebræ horribiles in uniuersa terra Aegypti: nouissime eleuata super mare, uertit illud in siccum, & diuisit aquam, & transferunt filij Israel per medium maris, iterumq; rediit super mare, operuit aquis currus & equites cuncti exercitus Pharaonis. Recte ergo uirga talis dicitur equitatus domini, quæ contra tot currus & equites Pharaonis sola suffecit & uictoriam peregit. ¶ Quomodo uel in quo tali equitatu meo amica mea assimilauit te? Videlicet in eo, quod posita coram domino uirga illa in tabernaculo testimonij, sequenti die inuenta est geminasse, & turgētibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdala deformati sunt. Erant enim quidam similes istorum sodalium meorum, pro sacerdotio contendentes, & concilia sua trahentes aduersus Moysen & Aaron: sicut isti sodales mei, sacerdotium sibi uendicant, in carnibus thaurorum & sanguinem hircorum, aduersus sacerdotium meum, sacerdotium æternum secundum ordinem Melchisedech iuramento firmatam. Dixi ergo. Refer uirgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant quærelæ eorum à me, ne moriantur. Illi signum, illi equitatus meo assimilauit te amica mea. Sicut enim uirga illa, uirgas maleficorum & incantatorum deuorauit, & omnem superbiam Aegyptiacam obtriuuit, ac deinde germinauit, frondit, floruit, & fructum protulit, non plantata, non succo terræ animata, sed uirtute celesti supra usum naturæ prouecta, sic tu pulcherrima mulierum, amica mea, cunctam prauitatem hæreticam interemisti, superbiam diaboli deiecisti, conceptu florida, partu fructifera, uirgo inceptu, incorrupta i partu, uirgo ante partum, incorrupta post partum. Nonne igitur pulcherrima es mulierum? Vere pulcherrima. *Pulchræ sunt genæ tue sicut turturis: collum tuum sicut monilia.* Pulchritudo tua pudicitia est, quæ multum apparet & spectabiliter lucet in genis tuis, quia non foris uagaris oculis, sed sicut solitaga & auis castissima turtur, solitudine delectaris, & solitariam te angelus inuenit atque salutauit. Non ita pulchræ sunt genæ mulieris, qualem Sapientia denotat, ornatum in quibus meretricio præparata, ad capiendas animas, garrula & uaga, quietis impatiens, nec ualens in domo consistere pedibus suis. Verum ut taceam de eiusmodi, pudicarum omnium uirginum, uiduarum atque continentium, pudor siue pudicitia, religiositas aut uerecundia, tuis genis, tuis oculis comparata, non est uerecundia, non est pudor, non est, aut uix meretur dici pudicitia. ¶ Adde quod collum tuum sic est sicut monilia. Sicut enim monilia muniunt matronarum pectora pudica, unde & dicuntur monilia, eo quod pectus muniunt, ne quis extraneus, id est, impudicus manum suam iniiciat, ita & collum tuum munit uerba tua, non solum ne quid ociosum aut noxium siue inordinatum per uocem erumpat, uerum etiam ne ipsum bonum tuum, secretum tuum, diuinum mysterium tibi creditum, leuiter uiam uel uocem inueniat, ut auris aliena, siue filia aliqua, quæ uis uideatur esse filia Hierusalæ, quæ forte custodire nesciret

Equitatus domini uirga Aaron.

Exodi. 7. & c.

Exodi. 14.

Maria assimilatur uirgæ Aaron. Nume. 17.

Hebræ. 9. Psal. 109. Nume. 17.

Pulchræ sunt genæ tuæ.

Collum tuum sicut monilia.

Matt. 7. nesciret huiusmodi margaritas, sicut custodiri oporteret propter porcos, maximeq; propter Herodem & eius complices. Verè igitur pulcherrima mulierum, pulcherrima in generis, pulcherrima in collo, id est, tam oculorum q̄ uerborum tuorum moderamine decentissimo. Quid ad hæc dicunt amici uel familiares tui: quales primi fuerunt apostoli: *L. Murenulas aureas faciemus tibi, uermiculatas argento.* Murenula quoddam colli ornamentum uulgo sic uocatum, iccirco, q̄ scilicet auri metallo in uirgulas lentescere quædam ordinis flexuosi cathena contextitur, in similitudinem murenæ serpentis. Hæc & interdum auri atq; argenti textitur uirgulis. Vnde hic dicitur, murenulas aureas, uermiculatas argento, faciemus tibi. ¶ Aurum & argentum idem significant hic, quod & in psalmo cum dicit, Pennæ columbæ de argentea: & posteriora dorsu eius in pallore auri. Aurum in dorso uel in posterioribus columbæ interior est sensus sacræ scripturæ, argentum uero sermo exterior, cuius nitore nullo modo comparari possunt lepores siue exornationes eloquentie mundanæ, quantumlibet exquisitæ fuerint siue accuratæ. Ergo per murenulas aureas argenteo uermiculatas, rectè intelligimus sermocinationes sanctorum, sensibus aureas: elocutione nitore argenteas, siue luculentas. Est igitur sensus, O uirgo uirginum quomodo factum est istud? Quia nec primam similem uisa es nec habere sequentem. Laxa uocis iter, & collum tuum silentio communitum pande interdum, & tuis auribus amicorum fidelium, uel breuiter eloquendo committe secretum, ut dicas nobis, quomodo uel per quid altissimo complaueris: qualis ille tibi fuerit, primum in corde siue in utero, deinde in cõuictu siue in colloquio, dum lactares uberibus, dum gestares eum uulnibus tremētibus? Sumus enim fidei artifices, argenti fideles, & ad laudē illius, qui tibi hæc magna fecit, faciemus murenulas ueritatis, ornamenta benedictionis & gratiæ actionis, benedicendo & gratias agendo, quæ sic fecit tibi, ita ut non sit locus, ubi uox laudis huius non audiatur, uox sonora, laus altifona, quæ tuum nomen concelebrans, iugiter te ambiat, & quodammodo de collo tuo dependeat. *L. Bunnus esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrte dilectus meus mihi inter ybera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi in uinetis Engadi.* Hoc dico uobis o amici: & hoc aurum uerum est. Si habetis argentum, facite (ut dixistis) murenulas mihi: imò non mihi, sed domino, memores illius dicti Sapientis. Glorificantes dominum quantumcumq; potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominum, & exaltate illum, quantum potestis, maior est enim omni laude. Exaltantes eum replemini uirtute, ne laboretis, non enim perueneritis.

Quid murenula.

Psal. 67. Aurum in sensu, argentum in sermone.

Ecci. 43.

Rex in accubitu suo, est filius in sinu patris.

Iohan. 8. Nardo comparat humilitas Mariæ.

¶ Quid enim? Cum esset in sinu uel in corde patris, de illis altissimis suis respexit humilitatem meam. Hoc est quod dico. Dum esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suum. Quid enim est uel erat accubitus regis, nisi cor uel sinus patris? Illi supradicti pastores uel sodales eius, qui sese pares ei faciunt, & greges non ouium, sed hædorum post se trahunt dixerunt, quod ante me rex iste non fuerit, quod ex me initium sumpsit, q̄ homo tantum & supra hominem nihil in eo sit. At ipse prius q̄ ego essem, imò & ante q̄ Abraham fieret, est & erat, & in illo accubitu suo erat. Nam in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum. ¶ Dum ita esset nardus mea dedit odorem suum, & hoc odore delectatus, descendit in uterum meum. Olim in Eua malo superbiæ factore offensus, & ob hoc ab humano genere auersus fuerat: nunc autem delectatus bono odore, nardo humilitatis meæ: sic ad genus humanum conuersus est. Propterea nardum meam dico humilitatem meam, quia sicut nardus herba aromatica, paruo quidem frutice uel parua spica, nequaquam in altum se subleuat, sed comosa atq; odoratissima, flore optimi odoris atq; radice sua uel in altum se subleuat utilis: sic humilitas mea, suo quidem arbitrio uel iudicio parua est res, nimirum ex uulnibus, sed iudicio regis preciosior est cunctis operibus legis, in quibus homines iusti sibi uideantur atq; magnifici: ipsumq; regem & patrem eius deum, sanctum quoq; spiritum, unice delectat, uelut suauis odor, qualis quatuorq; de nullo unquam usq; ad ipsum spirauit uel spirare potuit sacrificio. O amici, hoc ego experta sum. Humilitatem meam de illo accubitu suo sensit & respexit, & ualde delectatus est, & placuit sibi, quod in isto sexu tantam humilitatem inuenit: in isto (inquam) sexu, à quo initium superbiæ generi humano superueniens, totam massam corrupit. ¶ Prius in uirili q̄ in isto sexu fidam humilitatem inuenit, & inter ceteros in ista

in ista gratia duo uiri ualde nominati sunt, scilicet Abraham et David, qui & ex uerbis suis cognosci possunt, q̄ humiles fuerint in oculis suis. Abraham quippe, cum tantus esset, ut cū eo deus loqueretur, & amicus illi haberetur: non tamen oblitus sui. Loquar (inquit) ad dominū meum, cum sim pulvis & cinis: David quoq; cum esset unctus rex, & Saul persequeretur eum, quem persequeris (ait) rex Israel, quem persequeris? Canem mortuū & pulu- cem unum. Propterea non solum non confunditur deus uocari eorū deus, uerum etiā istis duobus iurare deum altissimū non piguit, factusq; se hoc mysterium o amici quod in me ce- nitis. In isto sexu tandem gratiam eandem, & fortassis abundantiorē inuenit. Nolite incum- bere mihi, ut explicem, quantam in me humilitatem, mitis & humilis corde inuenit. Nō possum eloqui, non possum uerbis consequi, Res ista non est effabilis. Quid uel quale sit hoc bonū, nemo scit, nisi qui accipit: Et cum acceperit, nulli nisi deo potest effari: qui ut ui- deret, sic intelligit. Hoc tantū dixerim, quia requies est mentis: & qui hanc inuenit, sine du- bio requiem animæ suæ inuenit. Ego in omnibus requiem istā quesui, & uidit rex respici- ens ubi nardi huius ex me odorem sensit: uidit (inquam) q̄ requiescere posset hic in suauita- te animæ quietæ, id est humilis, descenditq; de illo accubitu suo, & requieuit in tabernacu- lo meo. Hic requieuit, hic habitauit totis nouem mensibus, & cuius erat dominus, eiusdem ancillæ suæ factus est filius. Vultis audire amici, qualis exinde fuerit iste dilectus meus mihi, & ego illi. Ecce dico uobis, Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur. Conferte istud illi dicto unius ex uobis, unī ex amicis iusti Symeonis. Ecce (inquit) hic positus est in ruinā & in resurrectionem multorum in Israel, & in signū, cui contradicetur. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius. Dico adhuc, Botrus cypri, dile- ctus meus mihi, in uineis Engadi. Si hæc scitis, si ista rite perpenditis: profecto in me inue- nitis, & unde mecū compungamini: & unde mecū dulciter consolemini. ¶ Nolite solum attendere horā uel diem illam, in qua uidi talem dilectū, ab impijs cōprehensum male tra- ctari, scilicet illud, spinis coronari, flagellari, crucifigi, felle & aceto potari, lanceari, mori, et sepeliri. Nam tunc quidē gladius animam meam pertransiuit: sed antequam sic pertransi- ret longū per me transitum fecit. Prophetisa namq; eram, & ex quo mater eius facta sum sciuī eū ista passurum. Cum igitur carne mea taliter progenitum, talem filiū sinu meo fo- uerem, uinis gestarem, uberibus lactarem, & talem eius futurā mortem semper præ oculis haberem, & prophetica, imō plus q̄ prophetica mente præ uiderem: qualem, quantam, q̄ prolixam me putatis maturi doloris pertulisse passionem. Hoc est qd̄ dico. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea cōmorabitur. O commoratio, dulcis quidem sed plena gemitibus inenarrabilibus. Ad ubera de foris stringebatur, & eisdem lactabatur uberibus, simulq; inter ubera intus in corde futurorum præscio, semper parebat: quali esset morte moriturus. Veruntamen & illud sciebam, q̄ esset resurrecturus. Huius rei præsciē- tia dulcis erat. ¶ Igitur dilectus meus mihi & fasciculus myrrhæ, quia moriturus, & botrus cypriæ: quia resurrecturus, & ultra non moriturus. Botrus (inquam) cypri, uidelicet ter- ra uel insula, botros prædulces, uinumq; optimum afferentis, quia non qualecunque, sed optimū est uinum resurrectionis, & hoc inuenies Engadi, id est, fontis hœdi, hoc em̄ inter- pretatur Engadi. Cur ergo ita dixerim? Iccirco nimis, quia meus iste dilectus, non iustos, sed peccatores uocare uenit, ut resurgant in resurrectione prima, qui fuerant per peccatū mortui, & hoc in fonte hœdi, in fonte baptisimi, in lauacro regenerationis: quo regenera- ti, sicut oues, qui fuerant hœdi: sicut sancti, qui fuerunt peccatis obnoxii. Ad huius- modi fontem uenientes iam non uineæ sunt, sed uineæ sunt: ab alio translati, in alio plan- tati. Vnde & quilibet eorū dicit. Si em̄ complantati facti sumus similitudini mortis eius: si- mul & resurrectionis erimus. In istis plantationibus, in istis uineis apparet iste Botrus Cy- pri, sapit dulcedo resurrectionis istius dilecti mei. Desyderatis scire, qualis interea mihi in colloquio fuerit. Talis utiq; qualis ex uerbis istis debet intelligi. **L** Ecce tu pulchra es a- nimæ mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. ¶ Quid em̄ erat illum hæc & cæte- ra huiusmodi dicere ad me, meq; illi sic & sic respondere, nisi me atq; illum de scripturis, quæ de me & de illo erant, q̄ familiariter tractare? Nam hoc ipsum, ecce pulchra es, nonnē de il- lis scripturis est: Ecce (inquit Esaias) uirgo concipiet & pariet filiū, Item, Et egredietur uir-

Humilitas
Abrahe &
David.
Gene. 18
1. Reg. 14.

Mat. 11.

Ecc. 2. 4.

Lucæ. 2.

Fasciculus
myrrhæ.

Botrus cypri

Lucæ. 5.

Apoca. 20

11. 5.

Rom. 6

Scripturæ de
Christo &
Maria.
Esa. 7.

b ga de ra

Eiaia. ij. ga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis & replebit eum spiritus timoris domini. Hoc ergo dicebat. Ecce o amica mea completum est in te, quod ille praenunciabat. Quando enim nata es de domo David, tunc egredia est uirga de radice Iesse: quando (inquam) nata es, quae tanto humilior es hominibus huius seculi quanto uirgula quae uis, minor & gracilior est grandibus cedris, & quercubus magnis de quibus idem propheta, dicturus, & egredietur uirga, praemisera. Ex excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus ferro, & Libanus cum excelsis cadet. Quando autem ego ex te natus sum, tunc de uirga flos ascendit, super quem requiescit septiformis spiritus domini. ¶ Ecce ergo tu pulchra es, & iterum dico, ecce tu pulchra es: pulchra decore uirgineo, pulchra unigenito filio. Taliter geminata, nullius unquam fuit, nullius unquam erit pulchritudo. ¶ Adhuc addo istud, pulcherrimum oculi tui columbarum. Qui nam sunt oculi columbarum, nisi dona septem gratiarum, id est, septem spirituum super me requiescentium? Septem namque oculi, qui iuxta Zachariam prophetam in uno lapide sunt, septem sunt spiritus dei, qui iuxta iam dictum Eiaiam prophetam super florem requiescunt. Isti oculi mei, sunt oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum. Omnium quippe gratiarum uel spirituum tu esse etiam es particeps, ex quo me cassis uisceribus suscepisti, super quem requiescit & in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hoc eo dicente mihi, quid ego illi? **E**cce tu pulcher es dilecte mi & decorus, lectulus noster flozidus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina. ¶ Haec ego illi. Considerate diligenter o amici, qualis sit ista ordinatio huius scripturae, scripturae cantabilis, in qua secretum nostrum, secretum dilecti & dilectae contemplari desideratis. ¶ Et hic & in ceteris quae sequuntur, non ego dilectio & ille mihi, sed dilectus meus mihi & ego illi: nisi quod semel audistis, ego dilectio meo, & ad me conuersio eius. Fere in omnibus dilectam honore praue nit dilectus, utpote matrem filius. Ille mihi, ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: & ego illi, ecce tu pulcher es & decorus dilecti mei. Ille mihi, sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: & ego illi, sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Quid de hoc censetis? Nonne ille cum deus & homo sit, debuerat ab homine modis omnibus honore praue nit? At ille in hac disciplina totum principatum possidebat. Huic apostolus ad Philippenses cum dixisset, nihil per conuentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superioris sibi inuicem arbitantes, non quae sua sunt, singuli considerantes, sed ea quae aliorum: protinus ait. Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum esset in forma dei, & cetera. Ille namque sicut in ceteris, ita in consideratione mei, semetipsum humiliauit, quodammodo non considerans, quod ipse esset deus, sed considerans, quod essem ego mater, & ipse filius, superiorem sibi arbitrabatur, quemadmodum & Euangelista uult intelligi, cum dicit, Et descendit cum illis & erat subditus illis. Itaque cum dilectus meus mihi, ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum: & ego illi, ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Scitote amici, quia uerba ista non a summis labris ueniunt, sed rationis & ueritatis istae uoces habent fundamentum. Ille namque ueraciter in me ueneratur, quod sua mater & uirgo: ego in illo adoro, quod sit deus & homo. Dico ergo. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. ¶ Dicis mihi. Ecce tu pulchra es: & ego dico tibi, ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta sum, ex eo tu, qui semper pulcher fuisti, pulchrior factus es. Nam uere in eo pulchritudinem tuam adauxisti quod cum deus esses, homo dignatus es fieri. Hinc tu pulcher & decorus, ita pulcher, ut sis ipsa substantia pulchritudinis: ita decorus, ut sis ipsum decus humani generis. Vere ergo dicis mihi, ecce tu pulchra es: & ego, dico tibi, ecce tu pulcher es, quia tu pulchritudo mea es. Quae ergo pulchra sum, totum tibi attribuendum est. Neque enim uirga floris, sed flos uirgae pulchritudo est. Igitur non nisi opinione falsorum atque fallentium nigra sum ego sicut in bernacula Cedar. Nam contra pulchra ego sum, & pulcher es tu, & lectulus noster floridus in quam, id est, uterus meus, in quo tu quiescisti totis nouem mensibus, & saluo uirginitatis meae sigillo egressus es flos pulcherrimus, nec iam in desertum eiciemur sicut in bernacula Cedar, imo in ciuitate nostra domos habebimus, & habebimus diuitias multas, & praestas

Eiaia. ij.

Eia. 10.

Gemina pulchritudo Mariae. Oculi columbarum, septem dona spiritus.

Colof. 2.

Dilectus dilectam praue nit honore, ut filius matrem.

Philip. 2.

Luca. 2.

Qualis pulchritudo & decor dilecti.

& præclaras, scilicet ecclesias. Nam talium domorum nostrarum tigna cedrina, & laquearia sunt cypressina. Nam sicut cedrus impuitibile lignum atq; odoriferum, & cypressus lignum cedro penè proximum, uirtutis eximiae sunt, templorum quoq; trabibus apta, impetrabili soliditate nunquam oneri cedunt, sed ea, qua in principio fuerint, firmitate perseverant: ita domestici nostri apostoli atq; apostolici uiri, doctores ecclesiarum atq; prælati, perpetuae uirtutis atq; firmitudinis indeficientes erunt, & domus quoq; manufactæ nostræ stabunt, quam diu durabit seculum, titulum habentes, locus terribilis, aula dei, porta coeli. Hic fructus, & adhuc locupletior, te florem nõ decidentem sequetur. Quid ad hæc dilectus? **L. Ego flos campi & lilium conuallium.** Vt tu dicis o amica mea, pulcher ego sum & decorus, nam ego flos campi & lilium conuallium, id est, decus generis humani, & honor parentum humilium, patrum spiritu pauperum, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, David quoq; & cæterorum: qui & si meritis montes, mente conualles fuerunt: & si diuites censu, pauperes spiritu extiterunt. Illorum ergo decus uel pulchritudo sum, uere flos, uere lilium quia speciosus forma præ filiis hominum: quam uidelicet formam taliter, ut ego, nullus habet filiorum hominum. ¶ **Lilium** quippe lactei floris est herba, cuius dum cador sit in folijs, auri tamen species intus effulget. Ita flos campi siue lilium ego sum, flos lacteus, id est, puer mundissimus: flos (in q) & castitatis liliu, cuius dum caro siue humanitas exterius satis munda sit, diuinitatis tamen species intus incomparabilis est. ¶ **Quid aliud dilectus dices?** Nuncquid me dicente, tu pulcher es dilecte mi & decorus: ipse aduersaretur, & ita deberet esse humilis & mitis corde, ut ueritatem suimet conaretur abigere? Hoc impossibile est. Imò si nos negauerimus eum (ait quidam uestrum, scilicet amicorum) ille fidelis permanet se negare ipsum non potest. Et illic ubi quam homo fieret, dixit. Videte q; ego sim solus & non sit alius deus præter me: & hic, ubi homo factus dixit: ego flos campi & lilium conuallium, & ubicunque, siue inimicis Iudæis, siue uobis o amici Apostoli eius uel discipuli cuiuspiam locutus est iuxta hunc sensum: profectio pius est, considerare hoc ipsum, quia ille fidelis permanet, negare se ipsum non potest, præsertim causa poscente tam magna, causa salutis hominum propter quos uenerat, quos in eum credere oportebat, ut diceret ipse, quis esset aut unde uenisset. Est autem testis fidelis non solum sibi metipsum, uerum etiam & alijs, ut testificetur & dicat de singulis, cuius sint meriti uel nominis. Ait ergo & mihi, quam & supra semel & iterum pulchram esse declamauit. **L. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.** Hoc restabat, quoniam ille mihi dixerat, ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: & ego illi, ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus: Hoc (inquam) restabat dicere, q; reuera pulcher ipse, & quod ego ad similitudinem eius pulchra sim. Cum ergo dixisset, ego flos campi & lilium conuallium: protinus & mihi fidele perhibens testimonium, sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. ¶ **Vbi iam quando lilium istud lilium conuallium inter spinas?** Nimirum in Iudæa, quando tolerauit tot & tantas impiorum blasphemias, sustinuit probra, alapas, flagella, coronatus in super corona spinea. Sic quondam pater Abraham leuans oculos, uidit post tergum arietem inter uepres, hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio: Arius ille, animal innocuum, præfigurabat istud innoxij candoris lilium: uepres illæ blasphemias & maledicta Iudæorum post tergum Abraham, quia nondum uenerat, sed uenturus erat iste flos campi, siue istud lilium conuallium suo tempore. ¶ **Igitur illic inter detractiones siue accusationes Iudæicas lilium inter spinas?** & sic amica mea (inquit) inter filias: filias (inquam) nõ Hierusalem, sed absolute filios, id est, hæreses uanas & uagas. Filie namq; cum absolute dicuntur, fere nusquam significationem bonam habent, ut illic. Filie discurrent super murum, sed exasperauerunt eum & iurgatae sunt, inuiderunt illi, habentes iacula. Et alibi. Multæ filie congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuerfas. Itaq; & spinæ & filie blasphemias sunt Iudæorum, se etæ sunt hæreticorum. Quæcunq; huiusmodi spinæ lacerauerunt me, ipse & amicam meam lacerauerunt, quæcunq; huiusmodi filie tibi inuiderunt, & mihi detraxerunt. Vbi ego spinis compungebar, in d & clauis configebam, tu præsens patiebaris mente conuulnerata: & ubi tuæ uirginitati à filiabus derogatur, mihi quoq; inuidiose detrahitur. Vt tum sicut ego spinas pertuli quidem, sed exuperauit: ita & de te ueraciter prædicabitur, quæcunq;

Domus cedrinae templata sunt.

CAP. II.

Psalm. 44. Chrs ut lilium.

Chrs, se pulchrum esse, negare non potest.

leg. t. anteq. Deut. 32.

Lilium inter spinas, Christus in Iudæa. Gene. 22.

Gene. 49

Prouer. ult.

Sicut in Gen. 22.

Filij inuis
les Judaei.
Matth. 23
Iohan. 8

cunctas hæreses interemisti. Ad hæc inquam. ¶ Sicut malus inter ligna sylvarum: sic dilectus meus inter filios. ¶ Malus lignum fructiferum, ligna sylvarum sine fructu sunt. Sic dilectus meus boni operis facit fructum, filij uero ociosi & inutiles sunt. Dicunt enim, & non faciunt. Solummodo in hoc importunè gloriatur, quia filij sunt. Semen Abraham aiunt sumus, pater noster Abraham est, unum patrem habemus deum. Isti sunt filij & quasi sodales dilecti mei. Itaque suo quidem arbitrio filij sunt dei, filij Abraham: sed res uera ligna sylvarum, imò ex patre diabolo sunt, & tanquam ligna sylvarum, quia non solum non faciunt fructum bonum, uerum etiam fructum faciunt malum, suntque cubilia leonum, habitacula draconum, omniumque latibula ferarum, id est, spirituum malignorum, profecto excidentur & in ignem mittentur. Dilectus autem meus qualem, quam bonum inter eos fecit fructum. Vtiq; fructum uitæ æternæ, quia non ut cunq; bona arbor ipse, sed lignum uitæ est. Hoc ego experta sum. Quomodo? ¶ Sub umbra illius quem desiderabam sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. ¶ Ex quo mihi angelus locutus est, spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ego sub umbra illius sedi,

Lucæ. 1.
Sub umbra
illius sedi.
Fructus eius
dulcis.

¶ Non steti ad horam sub umbra, ut interdum paterer carnis estum, interdum haberem refrigerium: sed omnino sedi, quia semper pacem habui, iugiter sub umbra illius quieui: Ex fructus eius dulcis gutturi meo, id est, cordi meo. Quis uestrum nescit, quod sit fructus dulcis? Expulit enim à nobis amaritudinem mortis, & uitæ æternæ dulcedinem indicit. Malus fructus, imò malus morsus, quod Adam per Eua uitam perdidit, & mortem inuenit, bonus fructus, quo genus humanum per Mariam mortem perdidit, & uitam inuenit. Hic est fructus eius. Ad quid enim uenit, ad quid succreuit inter ligna sylvarum, nisi ut faceret huiusmodi fructum, quo euacuaret primæ præuaricationis reatum, ligni uetiti morsum? Vbi tempus uenit huiusmodi fructus edendi, accipiens panem & uinum, & benedicens, accipite (inquit) & comedite, hoc est corpus meum: accipite & bibite, hic est sanguis meus. Non uidistis ibi carnes & sanguinis speciem: profecto nec Eua uidebat promissam sibi à serpente dei similitudinem. Non uidistis, nisi panem & uinum: profecto nec Eua uidit nisi pomum uisu uel aspectu pulchrum. At tamen illa credidit quod non uidebat, credidit (inquam) serpenti dicenti, nequaquam morte moriemini, sed eritis sicut dii: magis quam deo dicenti, morte moriemini in quocunq; die ex eo comederitis. Plus (inquam) serpenti quam deo credidit. ¶ Iusta ergo lege, ut expietur ille reatus malæ credulitatis, exigitur fides, ut credatis id quod non uidetis: credatis (inquam) deo dicenti, hoc est corpus, & hic est sanguis: magis quam serpenti, qui per hæreticos dicit, non est caro, non est sanguis: & eritis sicut filij dei. Hæc ubi fecit & dixit paratam in conspectu uiuentium mensam, relinquens comperentem illis, confestim ad mortuos siue dormientes ipse obdormiscens & mortuus profectus, anima descendente ad animas, & corpore ad corpora in eundem terræ uentre, quo fuerant recepta, atq; ita de semetipso cibauit atq; potauit eos, atq; exinde sub umbra illius sedent in perpetuum, & fructus eius dulcis gutturi eorum. Mihi potissimum umbra sua uis, quam cum amore spiritus trahit ad illum & natura carnis. Cum esset in uita præsentis, non solum modo supradicto sub umbra illius sedere, uerum etiam faciem eius desiderabam semper uidere, semperque mecum præsentem habere. Sed quid actum est? ¶ Introduxit me rex in cellam uinariam & ordinauit in me charitatem. ¶ Ventum est ad nuptias, ubi & aquas in uinum conuertit. Hoc initium signorum continuo facturus dixit mihi. Quid mihi & tibi est mulier? Nondum uenit hora mea. Dixeram enim ego illi. Vinum non habent. Et quidem uerum erat, quia uinum non habebant, non solum sicut litera sonat dei fecisse uinum, sed quia defecerat in omnibus nuptijs huius seculi per peccatum primi hominis uinum uerum, scilicet incorruptio animarum & immortalitas corporum. De huiusmodi uino maior illi cura erat, sed nondum (ait) uenit hora mea, hora scilicet propinandi hoc uinum, reparandi per mortem & resurrectionem meam in corruptionem animarum, immortalitatem corporum. ¶ Tanto mihi negotio impendente, quid mihi & tibi est mulier? Opus dei tuis affectibus præponendum est. Non tuam, imò non meam sed patris mei uoluntate fieri oportet. His & alijs huiusmodi uerbis introduxit me in cellam uinariam & ordinauit in me charitatem, id est, intelligere me fecit se ad hoc uenisse, ut humani generis aquatica

Marci. 26.
Lucæ. 22
Gene. 3.

Vera & iusta
fides de sacra
mêto eucharis
tistia.

Psal. 22.

Iohan. 2.

Vinum non habent

Quid mihi &
tibi est mulier.

ris aquaticam infirmitatem in suum uinum, id est, in suae immortalitatis conuerteret fortitudinem & quod affectibus meis diuinam uoluntatem praeferre deberem. ¶ Hoc est enim ordinatam habere charitatem, optare quidem ut non moriatur talis dilectus, sed amplius desiderare totius humani generi salutem. Inordinata & adhuc ordinanda erat charitas Petri, qui assumens illum seorsum, absit (inquit) domine, non erit tibi istud, Dixerat enim, quod tradendus esset in manus hominum & occidendus, iam dudum docuerat me charitatis ordinem, ut dolorem quidem, & iusti doloris gladium in mente uel anima portarem, non tamen auerti propositum dei cuperem, prouenturum ipsi ad gloriam & honorem, & humani generi ad perpetuam salutem. Quid igitur? **L Fulcite me floribus, stipate me malis. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me.** ¶ Ecce abiit, ecce recessit. Comprehensus ab impijs & occisus abiit in sepulchrum descendit ad infernam, resurrexit, & parumper uisus recessit in caelum. Scitis autem, quicumque amici estis, quicumque illum diligitis: scitis, quia quisque uestrum dicit, Cupio dissolui & esse cum Christo. Quanto magis ego, quae illum genui cum illo esse cupio? Reuera non quomodo cupio, sed & a uore languo. Igitur fulcite me floribus, stipate me malis. Haec mihi sit consolatio. A more languens pro absentia dilecti, unde possum consolari, nisi ex eo, ut credatis, & credentes uitam habeatis in nomine eius o populi uniuersi: Credendo fulcite me floribus, bene operando & fructum uitae aeternae percipiendo stipate me malis. Ita enim fiet, ut non lassescam fatigatione dilationis. ¶ In hoc leua eius sub capite meo, quod interim dum differor, floribus uestris fulcior, & malis uestris stipata sum: quia uester professor, uestra salus, meum est gaudium, & nihilominus quidem amore languo, sed in isto consolata sum. Haec est leua eius sub capite meo, uidere me, impleri ea quae scripta sunt de eo, quae ipse promisit de semetipso, uidere hoc donum quod effudit, scilicet spiritum sanctum, quem die pentecostes misit, uidere euangelium eius praedicari, ubique sequentibus signis, multiplicari credentes in nomine eius, reflorescere mundum ecclesis eius, & fructificari cunctis uirtutibus, curuari in nomine eius omne genu caelestium, terrestrium & infernorum, & omnem linguam confiteri, quia ipse dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. **Leua** (inquam) haec est sub capite meo, id est, consolatio magna quidem, sed minor expectatione uel desiderio meo. **Quae est illa expectatio?** Quod est illud desiderium? ¶ **Et dextera eius amplexabit me, id est, gloria patris, in qua ipse est, totam circundabit & implebit me, cum de presenti seculo eduxerit & assumpserit me. Illa uidelicet dextera, qualis est Psalmista breuiter intimat dicens: Et delectationes in dextera tua usque in finem.**

Ordinata
charitas.

Matth. 16.

Philip. 1.

Leua eius sub
capite meo.

Actu. 2.
Marc. ult.
Philip. 2.

Dex. eius.

alias sit,
alias tin
sinuar
Psalm. 17.

b 3

FINIS LIBRI PRIMI.

ROBERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
DE INCARNATIONE DOMINI
COMMENTARIORVM
LIBER SECVNDVS.

Plal. ijs.



ANTABILES MIHI ERANT (AIT Psalmista) iustificationes tuæ domine, in loco peregrinationis meæ. Quis est locus peregrinationis nostræ, nisi sens deiectionis mortalitatis & passibilitatis nostræ, quam & alibi uallem lachrymarum appellat, in qua oportet pati multa, scilicet esuriem, sitim, cæterasque miseras, & ad ultimam ipsam mortem. Si ergo iam in tali loco, in tali peregrinatione cantabiles sunt iustificationes tuæ, quanto magis in ciuitate tua domine? Quæ uero maiores iustificationes tuæ sunt iustificatiõibus, quas habemus uel intelligimus in uerbis istis quæ dicuntur Cantica Canticorum? Igitur totis uiribus, cunctis extensis rationalis cytharæ, scilicet corporis & animæ fidibus, istas iustificationes tuas cæpta modulatione decantemus, te adiuuante sancti spiritus, quia nimirum celeste canticum hic assuescendum est, ut nobiscum sciẽtia uel notitia eius in illo seculo iuste perseueret. Secundæ perioches, id est, recapitulationis initiũ hoc est. **L. Adiuuro uos filie Hierusalem per capreas ceruosque camporum, ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam, quoad usque ipsa uelit.** Quid (rogo) necesse fuit dilectam dormire? Neque enim parum necessaria fuit eius dormitio, cum tanta sit pro ea dilecti adiuratio. Quid ergo necesse fuit eam dormire? Aut certe quid fuit illi dormire? Hoc enim perspecto, melius clarebit quæ necessaria eius dormitio fuit. Quid ergo illi dormire fuit? Profecto illud quod Euangelista uult insinuare, cum dicit: Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conseruans in corde suo. Iterumque repetens alio loco dicit, Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Hoc erat dormire, scilicet oris custodiam habere, & secretum sibi commissum, propter tempus, quod malum erat, non propalare, ne perciperet Herodes de rege ludæorum, qui natus erat, ubinam esset? Itaque necessarium ualde fuit dilectam dormire, & inter uerbosas filias Hierusalem nolle uigilare. Neque enim deerant eiusmodi filie Hierusalem, quæ quamuis beniuolæ essent, non tamen scirent usquequaque opportunam habere taciturnitatem & iccirco non expediebat, ut dilecta hæc de sanctæ contemplationis somno suscitata, communiem se illis faceret, & ad respondendum eis euigilaret. Et si alij quippiam loquebantur. Verbi gratia: Pastores, quos aliqua dixisse certum est, Ait enim Euangelista, Et omnes qui audierunt mirati sunt, & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos: & si inquam uel tunc uel deinceps, propter multa mira quæ facta sunt, alij loquebantur, ipsam tacere & non inquietari condecebat, ne res nimis manifesta fieret, maioremque persecutionis ipsa labore sustinere, quæ fuit illa fuga, qua in Aegyptum fugere oportuerat. Igitur adiuuro uos filie Hierusalem, ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam, quo ad usque ipsa uelit, id est, fortiter obfirmo mentem dilectæ, ne ante tempus loquendi denarret uobis, quid uel quomodo sibi factum sit, etiam uos multum instatè inquiratis. Per quid adiuuro uos? per capreas ceruosque camporum. Vere magnum adiuramentum: Nam & ego iuraui ceruis & capreis, scilicet patribus uestris, regibus & patriarchis, maximeque Abraham & Dauid, facere uerbum istud quod nunc feci, cum quo uidelicet uerbo dilecta dormit dormitione silentij competentis. Si nunc suscitanti uobis, & illa omnibus respondente, fama nimis crebresceret, & Herodes puerum inueniret atque occideret, euangelio nondum condito: quomodo iusiurandum meum ratum permaneret, quod iuraui ad Abraham patrem uestrum, in isto semine eius benedicendas fore omnes gentes. Iccirco per illos patres uestros, uobis reuerendos, adiuuro uos. Unde patres illi capreæ siue cerui? Nimirum ex eo, quod sicut capreæ ad instar auidæ & excellentes nent, in sublimi habitant, & in petris altissimis commorantur: sic illi manentem non quæsierunt ciuitatē

Dormire hic est secretum non reuelare.

Luc. 2. Eo. cap. in fi.

Mat. 2.

Adiuuro uos per capreas & ceruos.

Gene. 22.

Hebr. 11. & 13.

cilitate sed meliore appetierunt, hoc est cœlestē. in casulis habitātes & cōsītētes quia peregrini & hospites sunt sup̄ terrā, & sicut cerui, cū aliqd̄ serpētini generis comederint, summa agilitate desiderāt uenire ad fontes aquarū: ita illi scientes se à primis parētibus per serpētē cōtraxisse originale peccatū, desiderabāt nasci sibi iam dicit̄ benedictiōis promissum fontem, in quo est remissio peccatorū. Inde est illud. Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat aīa mea ad te deus. **L. Uox dilecti mei, Ecce ueniet saliens in mōtibus transiliens colles.** Similis est dilectus meus caprē hinnuloꝝ ceruorū. **¶ Dilecta quā uult, nō suscitata, neq; euigilare coacta: sed quā uult, & ubi uult, & quibus uult, scripturaz̄ mysteria pādīt, & loquit, & dicit: Vox dilecti mei, subaudi, talis est, qualē dicitura sum: et uocis eius. i. scripturaz̄, quaz̄ ad ipsum & ad me pertinet, sensus hic est, quē expositura sum.**
¶ Vocē ipsam, uerba ipsa dilectē quaz̄ loquit̄ mihi, iam dicerē, sed uos forte prius aliud audire uultis, cur tā diu dilatū fuerit hoc negociū, & prius quā mecum cōueniret, tot generationes præterierūt, uidelicet Abraham usq; ad Dauid generationes quatuordecim, & à Dauid usq; ad trāsmigrationē Babylonis generationes quatuordecim, & à trāsmigrationē Babylonis usq; ad ipsum generationes quatuordecim: sicut euāgelista diligenter distinguit. Cur aduentū suū tam diu distulit? Nū tardus est aut segnis? **¶** Imō uelocissimus in opere suo est secundū testimoniū scripturaz̄, cuius uidelicet testimoniū summa hæc est. Ecce iste ueniet saliens in mōtibus, trāsiliens colles. Similis est dilectus meus caprē hinnuloꝝ ceruorū: **¶** Dicit̄ enim scripturaz̄ propheticę, uelocitate eius attestātes, **Voca nomē eius, accelera spolia de trahere, festina prædari. Itē: Et ecce festinus uelociter ueniet, nō est deficiēs, neq; laborans in eo.** Et multa his similia. Vnde ergo dilatio? **¶** Dicā. **L. En ipse stat post parietē nostrū respiciens per fenestras prospiciēs per cācellōs.** **¶** Diligēter animaduerte, ut sciatis rem. Non enim res parua est, quā dico parietē nostrū, propter quē tā morose uenitiste, qui & anteq̄ ueniret festinus & celer uocatus est, & cū uenisset, illud propter quod uenerat, tā cito tā uelociter operatus est. **¶** Quid enim? **¶** Quā longū expendit tēpus in faciendo id quod de ipso scriptū est, à summo cœlo egressio eius, & occurus eius usq; ad summū eius? Spacio annorū paulo plus quā triginta duorū, tantā exultando cucurrīt uia, saliens atq; trāsiliēs, tanq̄ ca pœca siue hinnulus ceruorū, de cœlo in uterū meū, de utero meo in crucē, de cruce in sepulchro, de sepulchro rursus in cœlū. **¶** Propter quē ergo parietē nostrū tā diu morat̄ est, qui tā uelox in opere est? **¶** Nimis propter parietē inimicitiaz̄, qui uō de uno tm̄ originali peccato, uerū etiā de multis actualibus peccatis congestus est. Eorū uidelicet actualiū peccatorū primū illud fuit, quod filiū iacob filiū Isaac filiū Abraham, ad quē primū repromissio facta fuerat, s̄sem suū Ioseph per inuidiā in seruū uendiderunt, & ille quatuordecim annis seruiuit. Cū enim sedecim esset annorū, tunc uēditus est, & quā eductus de carcere stetit in cōspectu regis Pharaonis triginta annorū erat. Itaq; sicut quodā loco iudex iustus. i. dñs dicit, iuxta numerū dieꝝ quadraginta, quibus cōsiderasti terrā, annus pro die imputabilis, & quadraginta annis recipietis iniquitates uestras: ita & illic iustū esse arbitremur iudiciū, ut diceret, iuxta numerū quatuordecim annorū, quibus seruiuit uēdit̄ Ioseph: generatio pro anno imputabilis, & quatuordecim generatiōibus semē quod promissū patribus uestris differet, quod est Christus. **¶** Igitur Abraham, inquit, usq; ad Dauid generatiōes quatuordecim, subaudi, & Christus nō uenit, & eo usq; distulit eū iratus dñs: unde & Moyses loco supra dicto cōgemuit. **¶** Porro Dauid, in quē generationes quatuordecim terminate sunt, cū iā & ipse promissionē accepisset eandē cū iuramēto dñi, peccauit & ipse nō minus quā priores illi **Vriā** Etheū percussit gladio, & uxore eius tulit, & interfecit eū gladio filiorū Ammon: Itaq; nō minus super hoc trāscit̄ debuit dñs, quā dudū fuerat iratus: et iccirco à Dauid usq; ad trāsmigrationē Babylonis (ait) generatiōes quatuordecim subaudi, & Christus nō uenit. **¶** Porro in trāsmigratiōe Babylonis nis quę pœna fuit trāsmigratiō illis, nō minoris erat peccati uel criminis, quā reges Iuda, manasseq; Manasses, sanguinē innoxii fuderant multū, donec implerēt Hierusalē usq; ad os, absq; peccatis suis quibus peccare fecerint Iudā, ut facerēt malū corā dño. **¶** Igitur & à trāsmigratiōe Babylonis usq; ad Christū generatiōes quatuordecim subaudi, & nō nisi post tot generatiōes, idē Christus uenit. **¶** Post huiusmodi parietē nostrum en ipse stat, id est propter hæc & alia peccata generis nostri, cui repromissus fuerat, ipse iustas fecit moras. **¶** Stat (in
 b 4. quam)

Psal. 41

Questio, Cur Christi aduentus tā diu dilatatus fuit. Matth. 1.

Christus non tardus, sed uelocissimus est.

Esa. 2. Esa. 7.

Psal. 18.

Paries inimicitiarū, dilatōnis cā fuit.

Gene. 37.

Gene. 41.

Nūc. 14.

Generatio pro uno anno computatur. Mat. 7. Nūc. 14. Psal. 88. 2. Reg. 11.

4. Reg. 21. 2. Par. 33.

Fenestraz̄ sunt prophetaz̄.

quam) respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, id est, uisitans nos per prophetas memor nostri propter patres nostros. Nam fenestras in hoc pariete fuerunt Moyses & prophetae, sui quiq; tempore intra multitudinem peccantium, in ipsa congerie peccatorum claruerunt, parietem non ita contiguum esse sinentes, quin dilectus haberet aditum, quo huc introrsus respiceret, & uocem audibilem daret, locutionem intelligibilem faceret.

Cancellos sunt patriarchae.

Luca. 1.

Desyderiu (si) lii dei pro las lore gūi shus mani acceles randa.

Psalm 103 Deut. 10.

Deut. 7

Esa. 48.

Gala. 4.

Maria añ cōs titutionē mū di electa.

Ephe. 1.

Prouer. 8.

Maria in om nibus oppos ita Eua.

Geue. 3

Luca. 1.

¶ Porro cancelli, scilicet anterior pars aedificij, fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob, primi patres generis nostri, per quos in eo prospexit, quod propter eos misertus est nostri, recordatus est quod eis promiserit, quid iurauerit, hoc est quod ipsa cecini. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiae suae. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. **L** Et dilectus meus loquitur mihi. **S**urge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni. Jam enim hyems transijt, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vince florentes odorem dederunt. Verba ista profecta desiderantis uerba sunt. Quid autem est desiderium dilecti, uel quid amor eius, nisi charitas, nisi spiritus sanctus? Tali utiq; desiderio desiderare, cum amore recte dicitur amare, dicitur etiam laetari, ut illic: Laetabitur dominus in operibus suis. Quinetiam petere dicitur, nimirum eodem desiderio, iuxta illud in Deuteronomio. Et nunc Israel (inquit Moyses) quid dominus deus tuus petit à te, nisi ut timeas dominum deum tuum, & ambules in uisus eius, & diligas eum? Amplius autem non solum petentis, uerum etiam ualde optantis animo loquitur, cum item in Deuteronomio dicit. Bene omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere meum, ut timeant me, & custodiant uniuersa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis & filiis eorum in sempiternum. Et in Esaia dicitur. Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. Haec & his similia multa scripta sunt, testantia quietum dilecti desiderium, charitatem impassibilis, non passionem, sed delectationem, qua semper optauit, semper cupiuit id, quod utile esset creaturae suae humano generi. Quod si unquam aliquid recte dicitur optasse uel desiderare, quantum magis istud, in quo est summa salutis, istam plenitudinem temporis, in quo fieret ex muliere fieret sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret ut adoptionem filiorum reciperent? Igitur haec uerba dilecti, loquentis mihi, surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & ueni, & cetera, sic accipite quasi uerba desiderantis, tanquam festinantis, & optantis, iam adesse materiam tantae salutis, scilicet me, cuius caro illi materia foret assumenda carnis. Tanquam praesentem loquebatur mihi, meque iubebat surgere & properare, id est, nasci & hospitium uentris mei sibi cito preparare. Et reuera priusquam nascerer, illi praesens aderam, antequam fierem bene illi cognata fueram. Si enim dicitis & uere dicitis, quia elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, nonne & de me recte sentitis, & recte sentiendo dicitis, quia elegit me ante mundi constitutionem, ut essem sancta & immaculata in conspectu eius in charitate? Et si sapiam, ut ipsa restatur, iam antequam fieret, iudex erat coram eo in orbe terrarum, & deliciae eius cum filiis hominum: quantum magis ludens erat, & deliciabatur cum ista ancilla domini, miraculo cunctorum filiorum uel filiarum hominum. ¶ Surge (inquit) propera amica mea, columba mea, formosa mea, & in his omnibus Euae opposita. Eua namq; quasi inimica, Eua quasi uipera, Eua quasi deformis & ignominiosa. Mihi inimica, uiro suo uipera, sibi met confusa ignominia. Inimica per superbiam, qua intus tumuit, uipera per maliciam, quam ex serpente concipiens, foris tentata facile cessit: ignominiosa per prurimum libidinis, qua statim scaturire coepit: Unde & nudam se cognoscens, folio pudenda contexit. Tu autem amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatem. Tu contra deum non tumuisti, imò mente humilitatis inter te & serpentem ego posui, & ecce columba es. Tu nuditatem libidinis non innotuisti, imò spiritus sanctus obumbrabit tibi, & ecce formosa es. Veni ergo. Manaueni, nam Eua ad latebras fugit. Veni & crede angelo euangelizanti, nam Eua credidit, nam Eua ad latebras fugit. Veni & crede angelo euangelizanti, nam Eua & capite illecta, & uentre ob

ventre oblectata et cauda est obligata serpentis. Veni et dic, ecce ancilla domini: nam Eua se abscondens pariter & defendens, serpens (ait) decepit me, & comedi. Hæc est uox dilecti mei, & hæc loquitur mihi. Surge, propera, & ueni. Surge per fidem, propera per spem, ueni per charitatem. Iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tēpus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, uinæ florentes odorem dederunt. ¶ Ecce enim æquinoctiū uernum iam præterijt, & adest festiuitas paschalis, dum hæc loquor tibi, dum foris angelus annunciat, & ego intus uocem sequor annunciantis: quo tempore sine dubio, secundum cursum solis & naturam aeris, hyems iam transiit, imber abiit & recessit. Ex ipsa ergo qualitate temporis auspiciū cape magnæ felicitatis, quia per istud quod dicitur tibi, quod agitur tecū, transiit, id est, certissime pertransibit hyems peccati, abiit & recessit, id est, certissime abibit ens abscondit se à facie dei, & qui imber iccirco terram, id est, omne genus humanum, uerberauit, quia peccauit. Hic est imber, hæc est ira cœlestis. Multiplicabo ærumnas tuas & conceptos tuos, & cætera usque, quia puluis es, & in puluerem reuertes. Hic talis imber abiit & recessit, id est, certissime abibit & recedet per me fructum uentris tui. Tunc apparuerunt, id est, certissime apparebunt flores multi, flores sancti ac diuersi, alij uidelicet martyrio rubicundi siue purpurei, alij confessione siue ad imitationem nostri uirginitatis in corruptione candidi. ¶ Tunc & tempus putationis aduenit, & mox aderit, ut amputentur ea, quæ superflua sunt legis, dicaturque floribus siue florentibus campis & arboribus nostris. Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam hæc necessario, ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorum, & sanguinem, & suffocato & fornicatione, & ea quæ uobis non uultis, alijs ne feceritis: A quibus custodientes uos, bene ageris. ¶ Tunc & uox turturis audita est, id est, certissime audietur in terra nostra. Vox (inquam) turturis, nimirum paruulæ quidem, sed castissimæ auis, scilicet prædicatio euangelij, cuius initium est pulchritudo nostræ castitatis & uirginei conceptus tui: audita est, id est, audietur, in terra nostra, in ecclesia nostra, in uniuersa terra. ¶ Tunc ad uocem huiusce modi turturis ficus protulit, id est, certissime proferet grossos suos, uinæ florentes dederunt, id est, certissime dabunt odorem. Ficus inquam, id est, synagoga proferet & iactabit opera uel iustitias suas, sed cadentibus huiusmodi ficis ipsa remanebit effæta, & ego ueniens ad eam, & quærens fructum, non inueniam. ¶ Uinæ autem florentes, id est, gētes crederent incipientes, dabunt odorem, id est, bonam opinionem, ita ut amici gratulentur & dicant. Primum gratias agimus deo nostro per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciat in uniuerso mundo. L Surge amica mea, speciosa mea, & ueni columba mea, in foraminibus petre, in cauerna macerie. Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis. Glor enim tua dulcis, & facies tua decoza. Iterum uox dilecti mei iterum loquitur mihi & ad surgendum inuitat, eisdem nominibus me compellat: surge (inquens) amica mea, speciosa mea & ueni columba mea. Et protinus acci quærerem, quo ego surgam, ubi uel in quo ero columba gemituosa, in foraminibus (inquit) petre, in cauerna macerie. ¶ Scit enim situm uel habitum mentis meæ, quia clauis eius, quos ante quàm fierent mente prophetica præuidebam, & in propheta legebam, dicente: Poderunt manus meas & pedes meos: & lancea lateris eius, quam similiter præuidebā, & in propheta legebam: Videbunt enim (ait Zacharias) in quem transfixerunt: Clauis (inquam) eius & lancea iam essent animæ meæ uulnera, & in ipsis gernerem sicut colūba. Dicebat ergo, Columba mea, in foraminibus petre in cauerna macerie, id est, anima gemituosa propter fixuram clauorum, qui sum petra: propter uulnus lateris mei, qui sum maceria. ¶ Nam ego unus idemque aliās petra & aliās maceria. Videlicet ubi adhuc mortalis et passibilis eram, ibi ego maceria: ubi autem iam resurrexi à mortuis, ibi uel extunc petra solidissima: sed non disparuerunt in petra iam impassibili cauernæ siue foramina, quæ facta fuerant in maceria adhuc passibili, immò apparebunt eadem in die iudicij. ¶ Age quod agis, contemplantur quod, contemplantur, atque hoc modo semper ostende mihi faciem tuam, ostendendo corrige quod Eua peccauit et abscondit à me faciem suam. Vbi abscondit:

In me

Gene. 3.

Festū annun-
tiationis uer-
no tempore.

Hyems p̄t̄i
iber iræ dei.

Gene. 3.)

Duplices
flores.

Tps putatōis

Actu. 15

Vox turturis

Ficus protulit
grossos suos.

Mat. 27.
uincē florētes

Roma. 1.

Psal. 27.

Zacha. 12.

Chs & petra
ē & maceria.

Ostende mihi
faciem tuam

- Geuc. 3.** In medio ligni paradysi, uidelicet in eodem, in quo peccauit. Nam de ligno quod est in medio paradysi (ait) præcepit nobis dominus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Comedit, & cum audisset uocem domini dei, abscondit se (ait scriptura) a facie domini dei in medio ligni paradysi. Ergo in quo peccauit, in eodem se abscondit, ut pote quæ in peccato suo sibi complacuit, & peccatum suum defendit. Non ostendit mihi faciem suam, cum dicerem, ubi es; non sonuit uox eius in auribus meis, uox confessionis, quæ sonare debuisset, saltem, cum dicerem, quare hoc fecisti, sicut & quando benedixi ei, & uiro eius dicens: Crescite & multiplicamini, non sonuit uox eius in auribus meis; nullum enim cantauit canticum gratiarum actionis pro tam magno beneficio, quo illam constituebam matrem tantæ generationis, posse futuræ tantam hereditatem regni dei. ¶ Tu autem ostende mihi, sicut & ostendis, faciem tuam: sonet uox tua in auribus meis, & audiam ego, audiant & amici, quos unus uel primus audiuit, cū adhuc esset clausus in utero matris luxæ & exultauit ad uocem tuam, quæ hoc modo sonuit in auribus meis. Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Ibi ad uocem meam & uocem tuam audire atq; exultare cœpit. Vnde & quodam loco dixit. Qui habet sponsam, sponsus est; Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Igitur quia & amici auscultant, & me delectat uidere faciem fidei, & audire uocem confessionis atq; gratiarum actionis, ostēde mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis. ¶ Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. In quo uox tua dulcis? In eo uidelicet, quod columba mea es, & intenta in foraminibus iam dictis, ita sicut columba gemitum pro cantu habes. Canendo gemis, gemendo canis: & ipsa exultatio, qua exultauit spiritus tuus in deo salutari tuo, plena est gemitibus, plena lachrymis. In quo facies tua decora? In eo uidelicet, quod magna est fides, magna est humilitas. Iste est decor quem concupiuit rex: quemadmodum Psalmus dicit. Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. **Lapi te nobis uulpes paruulas, que demoliuntur uineas.** Nam uinea nostra floruit.
- Math. 2.** Vulpes Herodes, uulpeculæ siue uulpes paruulæ illius temporis: omnes qui querebant animam pueri. Vnde & de quodam ex posteris eiusdem nominis, cum nuntiatum fuisset a pharisæis dicentibus, exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere: ite (inquit) dicite uulpi illi. Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consumor. Ergo uulpes Herodes, maxime quia non solum crudelis, uerum etiam dolosus ille, qui dixit. Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inuenieritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. Fuisse tunc iam cum eo etiam alios eiusdem dolositatis, uel ex eo concipiente angelus ad Ioseph ita dixit. Surge & accipe puerum & matrem eius, & uade in terram Israël, defuncti sunt enim qui querebant animam pueri: Igitur uulpes paruulas, quæ demoliuntur uineas, capite nobis inquit, id est, occidantur cito, moriantur & disperiant qui querunt animam pueri. Nonne uidetis paruulas uulpes istas, quomodo demoliuntur uineas? Herodes enim non cessat occidere fere omnes, qui erant regie stirpis, non cessat perscrutari, ut funditus deleat domum David, de qua regem Christum nasciturum fore audiuit. Nonne uidetis ad ultimum quod teneros palmites fera ista momordit, quod in uinea nostra floruit. ¶ Uinea illa quæ nostra est, uinea uel uitis, uinea propter quam cæteras demoliuntur uineas, inter quas ista sic latuit, quemadmodum uirga una gracilis in magna sylua latere solet ob paruitatem sui, uinea (inquam) nostra hæc floruit. Fructus eius adhuc flos, & non botrus est, nondum maturuit, & iccirco damnosum nimis est, huiusmodi uineam uel florem eius succidi uel demoliri. Crescat prius, & de flore proueniat fructus: condatur euangelium, & cognoscatur de signis & uirtutibus uenisse sanctum sanctorum, atque hoc erit, florem uenisse in fructum, & maturum botrum. ¶ Tunc, si fuerit succisus huiusmodi botrus, custodiatur, atque in uesce crucis portetur, ut experimento resurrectionis & dulcedinis eius cognoscatur, qualis terra, quale sit regnum eius, ad quod non pertinent uulpeculæ istæ quæ uineas demoliuntur. Si autem cut olim duo uiri de exploratoribus, quos misit Moyses ad explorandam terram promissionis, pal-

Vinea nostra
Christus est.

onis palmitem cum vna sua deportauerunt in uecte cum cæteris frugibus terræ dicen-
 tes. Venimus in terram, ad quam misisti nos, quæ reuera fuit lacte & melle, ut ex his frugi-
 bus cognosci potest. Illius rei gestæ mysteriū obseruetur, & tam diu uinea nostra defenda-
 tur à uulpibus, donec flos eius botrus fiat præmaturus, ex suo sapore cognoscendus, & ter-
 ræ uiuentium experimentum mundo præbiturus. **Bilectus meus mihi, & ego illi, qui**
pascitur inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Hoc est unde beatam
 me dicent omnes generationes, quia dilectus meus mihi, & ego illi. Quomodo enim ille mi-
 hi, & ego illi, nisi sicut per prophetam dictum est: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, &
 uocabitur nomen eius Emmanuel: butyrū & mel comedet, ut sciat reprobare malum, &
 eligere bonum? Ita enim ille mihi, & ego illi, nec opus est dicere uerbis: quia mente mel-
 lius potest percipi, imò nec uerbis exprimi, nec mente potest cõprehendi siue æstimari, quæ
 le uel quantum hoc sit. **¶** Recordemur hic etiã ueteris historiæ, per quã colligi potest, quod sit
 terribile id quod sub uerbis continetur tam iocundis, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies
 & inclinentur umbræ, simulq; quàm serio de Emmanuel sit dictū, butyrū & mel comedet,
 ut sciat reprobare malū, & eligere bonum. Quæ est illa uetus historia? Clamor Sodomorū
 & Gomorrae (ait dominus ad Abraham) multiplicatus est, & peccatū earum aggraua-
 tum est nimis. Descendam, & uidebo, utrū clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerit
 an non est ita, ut sciam. Veneruntq; duo angeli Sodomam, sedente Loth in foribus ciuita-
 tis. Compulsi illos oppido, ut diuerterent ad eū. Ingressusq; domum illius, fecit conuiuium
 coxit azyma, & comederunt. Prius autē quod irent cubitum, uiri ciuitatis uallauerūt domum
 illius à puero usq; ad senem omnis populus simul, uocaueruntq; Loth & dixerunt ei. Vbi
 sunt uiri qui introierunt ad te nocte? Educ eos huc, ut cognoscamus eos. Et quidē duo an-
 geli uenerant, sed diligenter animaduertendū, quia sic deinde scriptū est. Dixit quoq; Loth
 ad eos. Quæso domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti mi-
 sericordiam tuam, quam fecisti mecum, ut saluares animam meam, &c. **¶** Ergo & in tribus
 angelis, qui uenerant ad Abraham meridie, & in duobus qui uenerunt Sodomam uespere
 unus idemq; agnoscendus est deus, qui & per ipsos operabatur, & in ipsis loquebatur. de-
 scendam (inquiens) & uidebo, utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, an
 non est ita, ut sciam. Igitur & de illo tempore iam præterito recte dicas, butyrū & mel co-
 medet, ut sciat reprobare malū & eligere bonū, quoniã & apud Abraham & apud Loth ha-
 buit conuiuiū, ut tanti illius mali caperet experimentum, & pascetur apud illos tam diu,
 donec aspiret dies & inclinarentur umbræ, id est, usq; mane. Sic enim scriptū est. Cuncti eni-
 met mane, cogebant eū angeli, dicentes. Surge, tolle uxorē tuam & duas filias quas habes,
 ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. O quod terribile in impijs, & quod uenerabile est pijs, id quod
 secundū similitudinem illius rei gestæ intelligitur in uerbis istis. Pascitur (inquit) inter lilia,
 donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. **¶** Quæ nam sunt lilia, nisi amicus dilecti Ioseph
 & ego dilecta, cui dicit, sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Vere ambo lilia, ut
 dicitur pro uirginalibus nuptijs & cohabitatione castissima. Inter huiusmodi lilia pascitur
 dilectus, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ: comedit Emmanuel butyrū & mel, id
 est, qualemcunq; uictum necessarium corpori, ut sciat reprobare malū & eligere bonum.
 Dixit enim ipse olim, clamor Sodomorum & Gomorrae uenit ad me, descendam, & uidebo
 utrum opere compleuerint, an non est ita, ut sciam. Dicit & nūc quia clamor sanguinis san-
 ctorum prophetarum, quem estuderunt Iudæi, uenit ad me, descendā ut uideam, utrum ta-
 les sint an non est ita, ut sciam. **¶** Facturus quippe sum uniuersale iudicium, cuius exemplū
 fuit illud Sodomorū incendium sulphureū, iuxta illud, & ciuitates Sodomorū & Gomo-
 rorū in cinerem redigens, euerfione damnauit, exemplum eorū, qui impie acturi sunt,
 ponens. Quod si illud in Sodomis non feci iudicium, nisi prius experimento scirem utrum
 ita esset an non: quāto magis antequam faciam illud uniuersale iudicium, debeo experiri,
 ut sciam reprobare malum, & eligere bonum, sic incipiens, pœnitentiam agite, appropin-
 quabit enim regnum cœlorum? Cum istud in me accepero experimentum, cum imple-
 uerit mensurā patrū suorū, occidendo me dominum prophetarum, sicut prophetas occi-
 derūt patres eorū, tūc incipiet iudiciū fieri à cæcitate ipsorū, secundū similitudinē Sodomorū.
 Sic enim

Nume. 35

Lucæ. 1.
Esaia. 7.

Historia uet.
de angelis cir-
ca Abraham
& Loth.

Gene. 18

Ibidem. 19

Deus in an-
gelis illis.

Gene. 19

Ioseph & Ma-
ria duo lilia.

Gene. 18

2. Petri. 2.

Matth. 4.
Matth. 23.

Gene. 19. Sic enim dictū & sic factum est. Et ecce miserunt manū uiri, & introduxerunt ad se Loti claueruntq; ostium, & eos qui foris erant, percusserunt cæcitate, à minimo usq; ad ultimū ita ut ostiū inuenire non possent. Ita cæcitas continget in Israël, in his qui non tam, Israëlita q̄ Sodomitæ sunt, iuxta illud Esaiæ. Audite uerbū domini, principes Sodomorum, auribus percipite legem dei mei populus Gomorræ: ¶ Cūq; aspirauerit dies, subauditur reuersionis meæ, & inclinata fuerint umbræ peccatorū & ignorantia. in ijs uidelicet qui pœnitentiam egerint, tunc subuertam illos, sicut mane illo subuerti Sodomam & Gomorram, non q̄ reliquiæ non remanebunt, iuxta illud propheticum. Subuerti uos sicut subuertit deus Sodomam & Gomorrā, & facti estis quasi torris raptus de incendio. Item. Nisi dominus exercitū reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis, & quasi Gomorra similes essemus. Hæc dilectus mihi. Et quid ego illi? ¶ Reuertere, similis esto dilecte mi caprea aut hinnulo ceruorum super montes Bethel. ¶ Quid erat hoc dicere, nisi orare pro salute reliquiarum gentis meæ? Nunquid em̄ ego erga gentem meam minorē cōpassionem haberem compassionē uel charitatem amicorū, scilicet prophetarum & apostolorū? Exēpli gratia. Quare (inquit Esaias) errare nos fecisti domine de iustis, in durā cor nostrum, ne timeremuste? Conuertere propter seruos tuos tribus hereditatis tuæ. Apostolus autem. Veritatem (inquit) dico in Christo non mentior, testimonium mihi perhibente cōscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna & continuus dolor cordi meo, &c. Igitur & me non dubitatis postulasse pro salute reliquiarum gentis meæ, cuius uidelicet postulationis summa hæc est. Reuertere, similis esto dilecte mi caprea aut hinnulo ceruorum super montes Bethel, id est, propter patres domus dei, hoc em̄ interpretatur Bethel. Cæcitas quidem continget in Israël, ita ut te inuenire nō possint qui dicis, ego sum ostium, secundū supradictam similitudinem Sodomitæ, quos percussisti cæcitate, ita ut non possent inuenire ostiū, sed reuertere super montes Bethel, id est, sicut Esaias dixit, conuertere propter seruos tuos, recordare misericordiam tuam, sicut locutus es ad patres nostros: ut saltem, cū plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israël saluus fiat. Aliter. Reuertere, similis esto dilecte mi caprea aut hinnulo ceruorum super montes Bethel. Qui pascitur inter lilia, donec aspiraret dies, & inclinentur umbræ, qui ut scias reprobare malum & eligere bonū, butyrum & mel comedis, & hoc inter lilia castitatis, quæ sunt optimis, pater & ego uirgo mater, cū aspirauerit dies & inclinata fuerint umbræ, reuertere, id est, diluculo surge, ualde mane, orto iā sole, plena luce reparatiōis n̄ræ, inclinatis atq; destructis umbris mortalitatis n̄ræ. Cito reuertere, noli moras facere, q̄ anima mea desiderat te. Scio quidē q̄ cito reuerfurus es, iuxta illud propheticū. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius, & iuxta quod ipse dixisti, sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Tridui quidem tempus breue est, sed dilectæ & columbæ tuæ desideranti & gementi uulnerata mente, non satis dilecte mi festinatū est. Abbrevia hoc sp̄m triduum, & similis esto in reuertendo capreae aut hinnulo ceruorum, id est, uelocissimus esto ad peragendū cursum tuum. In corde terræ, id est, in sepulchro tuo non totū expendas triduum. Sufficit ad cōplendam ueritatem scripturæ, si partem exiguam primi diei, id est, tres horas nouissimas, & partem aliquam diei tertij, scilicet sex horas, quod est dimidium noctis cū die secundo, id est, cum sabbato iacens in sepulchro transegeris. Nam tres integri dies horæ septuagintaduæ sunt. Hoc esset nimis longū. ¶ Sufficiunt horæ trigintatres, q̄ numerus ex duobus ternarijs, deceno & singulari, cōpositus est. Beatam trinitatem, cui primus homo peccauit, in te & per te & de te ipso, dilecte mi, caro mea & sanguis meus, deus meus & dominus meus, placari oportet: sed hoc fiat celerrimē & multū festinanter, sicut capreae uel hinnulus ceruorum in montibus celerrimus est: secundū nomen tuū, quo per prophetam tribus horis, reuertere super montes Bethel, id est, resurge & appare principibus domi scilicet apostolis tuis & mihi, cuius maxime, sicut & illoz, imō & multo plus q̄ illos, tu es grande desiderij, iuxta illud patriarchæ Iacob dictū ad Ioseph filiū decorum. Benedictio nes patris tui confortatae sunt benedictionibus patrū eius, donec ueniret desiderij collū

zernox. Quam ueraciter ille te appellauerit desideriu, ego maxime in uisceribus meis ex-
 perta sum, & hoc amicis est intimandū. In lectulo meo per noctes quesiui que diligit
 anima mea. Quesiui illū & non inueni. Surgā & circuibō ciuitatē per uicos &
 plateas, querā que diligit anima mea. Quesiui illū & non inueni. Inuenerūt me ui-
 giles qui custodiunt ciuitatē. Num que dilexit anima mea uidistis? Paululū cum
 pertransissem eos, inueni que diligit anima mea. Tenui eū, nec dimittā, donec in-
 troducā illū in domū matris meę, & in cubiculū genitricis meę. Hoc sentitis o ami-
 ci in uobismetipsis, quicūq; habetis sanctū dilectionis spiritū, quicūq; diligitis dominū deū
 ex toto corde, ex tota mēte & ex tota anima. Hoc inquā sentitis uos amici, & uos filię Hieru-
 salē, quia magnū in ista dilectione est desideriu. Quāto uicinior iste dilectus habetur, tan-
 to uehemētius desiderat. Qui habent, habere desiderant: qui uident, uidere desiderāt. Nam
 angeli uident, & tñ, scriptura teste, desiderāt in eum prospicere. Ego autē, nō utcūq; ha-
 bui aut uidi eum, sed in utero gestauī, & genui eū, & ei mater lac prębui, & diligenter con-
 templata sum. Quid putatis, quot noctes duxi per uigiles uidendo & audiendo eum? Non
 em̄ sufficiebat dies ad tñ desideriu, sed totis noctibus in lectulo meo, in cubiculo meo per
 uigil fouebā & adorabā paruulū, audiebā & adorabā iam adultū, cū intra dulcia colloquia
 per oculos suos oculos corporis, transfunderet mihi suę diuinitatis aspectū, ita tamē contē-
 perans, ut tolerare possem, que tremunt angeli & uirtutes cęlorū, iuxta illud quod auditis
 eum dicentē in hoc ipso libro Canticoꝝ. Auerte oculos tuos a me quia ipsi me auolare fe-
 cerunt. Ita in lectulo meo habui eū, sed deinde contigit mihi, ut ibi nō inuenirē eū. Dixit
 em̄. Quid mihi & tibi est mulier? Iam ex quo baptizatus est à Iohanne, fieri cęperat, in le-
 ctulo siue in cubiculo meo in illo habitationis meę secreto ut nō inuenirē eū. Nam statim
 ductus est in desertum à spū, & deinde regressus, euangeliū meis preposuit affectibus, ita ut
 diceret. Quid mihi & tibi est mulier? Sed & alios docuit, ut similiter facerent, ut scilicet pa-
 trē & matrē propter euangeliū reliquerēt. Itaq; desiderio quęrebā & nō inueniebā eum,
 ut solitaria possiderē solitariū. Dixi ergo: Surgā & circuibō ciuitatem per uicos & plateas,
 querā que diligit anima mea. Dixi & feci sic. Cū em̄ circuiret per ciuitates & castella, prę-
 dicans euangeliū regni dei, ego sequebar & quęrebā eū. Quęsiui illum & non inueni. Ille
 em̄ tanto intentus negotio, me matrē suam agnoscere quodāmodo dissimulauit. Deniq; et
 quadā die, cū loquente eo ad turbas, dixisset ei quidā, ecce mater tua & fratres tui foris stāt
 quęretes te, ipse respōdens dicenti sibi ait: Quę est mater mea & qui sunt fratres mei. Et ex-
 tendens manū in discipulos suos dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Quicūq; em̄ fece-
 rit uoluntatē patris mei qui in cęlis est, ipse meus & frater & soror & mater est. Hoc modo
 me matrē suam agnoscere dissimulauit. Hoc est quod dico, quęsiui illū & nō inueni. Post
 hęc iuxta crucē eius steti. Sed nunquid hoc mihi fuit inuenisse dilectū? Imō fuit mihi inue-
 nisse gladiū, qui & pertransiuit animā meā. Sepultus est, clausum & signatū fuit monumen-
 tum. Et ego quali mente quęrebā eum? Quali desiderio desiderabam eum, sciens eum esse
 à mortuis resurrecturū. Inde nō inueni illū. Inuenerunt me uigiles, qui custodiunt ciuita-
 tem. Qui uigiles, uel quā custodientes ciuitatē? Discipuli eius quia ad hoc erant dispositi: ut
 custodirent imō ut ædificarent ciuitatē uerā Hierusalē: de qua uel ad quā ipse dilectus, per
 Elaiam dixit, Super muros tuos Hierusalē constitui custodes, tota die & tota nocte nō ta-
 cebunt laudare nomen dñi, Isti uigiles iam tunc uigilabant, quia lugentes & flentes som-
 num non capiebant, Isti uigiles me inuenerunt, & mulieres, quę tota nocte uigilantes ue-
 nerūt ad monumentū, quę & emerant aromata ut uenientes ungerent eum, inuenerūt me
 bonū certatim afferendo nunciū, quod resurrexisset, & quod uidissent eū. Et ego inquā,
 Num que dilexit anima mea uidistis? Vidimus autē, uidimus dominū, Surrexit uere & ap-
 paruit Symoni. Visus est & duobus euntibus Emaus: & deinde stetit in medio nostrum &
 dixit, pax uobis & ostendit nobis manus et latus: & partē piscis assi & fauū mellis: & man-
 ducat corā nobis & dixit. Hęc sunt uerba quę locutus sum ad uos: cū adhuc essem uobis
 scum & c. Hijs atq; alijs modis uidimus eū ipsa tertia die qua resurrexit. Hęc mihi dixerunt
 uigiles illi. Ego autē sic illū inuenire cupiebā, ut iam nemo despiceret me dicentē inueni illū,
 uidi illū, & ita factū est. Nam paululū cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima
 mea

CAP. III.

Desideriū san-
 ctorū & ange-
 lorū uidendi
 Christum.
 I. Pet. j.
 Desiderium
 Marię.

Cantico. 6

Iohan. 7.

Matt. 30. & 31
 Quęsiui illū
 & nō inueni.
 Lucę. 9.

Matth. 12

Iohan. 19
 Luc. 2
 Matth. 27

Inuenerūt me
 uigiles Apli.

Esa. 62.

Matt. 28.
 Marc. 16
 Luc. 24.

Iohan. 20
 Nunciū de re
 surrectione
 CHRISTI

101 129

XXVI. RVPERTI IN CANT. CANTICO. CAP. III.

Actuū mea, & non quocūq; sed in cœlum uidi ascendentem, & apostolos eius misso de cœlis spiritu sancto uidi prædicantes gloriā domini. Hęc mihi fuit inuentio eius quem diligit anima mea & ex illa inuentione tenui eum, ut introducerem in domum matris meę, & in cubiculum genitricis meę scilicet synagogę. Hoc ex parte iam factum est, quia multi Iudeorum crediderunt in eum, Alij quidem obclusis cordibus, me & ipsum repulerunt sed non dimittam donec illum introducam eum. Si enim (ait scriptura) fuerit matris filiorum Israel quasi arena maris: reliquię conuertentur ex eis. ¶ Dilecta, & dilectarum dilectissima, cęterarū nire cupiant. Dilectum nanq; in seculo quærimus, quando in præsentis uitę aliquatula re quie, redemptoris nostri desiderio suspiramus. Per noctem quærimus, quia & si iam mens in illa uigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum non inuenit, restat, ut litigat, ciuitatem circueat: id est sanctam ecclesiam electorum mente & inquisitione percurrat, per uicos & plateas quærat, id est per angusta et lata gradiens, aspiciat, ut si qua inueniat, re in eis ualeat eius uestigia exquirat: quia sunt nonnulli etiam uitę secularis qui imitantur aliquid habent de actione uirtutis. Quæreres autem nos uigiles inueniunt, qui custodiunt ciuitatem: quia sancti patres, qui ecclesię statum custodiunt, bonis nostris studijs occurrunt, ut suo uerbo uel scripto nos doceant. ¶ Quos cum paululum pertrāsimus inuenimus quomodo diligimus, quia redemptor noster, & si humilitate homo inter homines, diuinitate tamen supra homines fuit. Cum ergo trāsuntur uigiles, dilectus inuenitur: quia cum prophetas & apostolos infra ipsum esse conspicimus illum, qui natura deus est, esse supra homines consideramus. Prius ergo non inueniendus quæritur, ut post inuentus, strictus teneatur. Sancta omnium desideria ut prædiximus, dilatione crescunt, si autem dilatione deficiunt desideria non fuerunt.

Pertrāsire uigiles.

Act. 2. 3. et 21
Esa. 40.
Exemplū quærendi dñm, in Maria.

FINIS LIBRI SECUNDI.

RVPERTI ABBATIS
TUITIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
DE INCARNATIONE DOMINI
COMMENTARIORVM
LIBER TERTIVS.



ERTIA RECAPITVLATIO SONORUM ualde habet principium, scilicet tantam admiratione exclamationem, ut auditorem etiam dormitantem excitare & reddere possit attentum. Præmissa nanque admiratione, adiuro uos filię Hierusalem per capreas ceruosq; camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectā, donec ipsa uelit, de qua iam supra tractatum est, continua sic exclamat diuina uox. **L** Que est ista que ascendit per desertum sicut uirgula fumi: ex aromatibus mirrhę & thuris & uniuersi pulueris pigmentarij. Cuius rei quæso est hæc admiratio: Nimirum admiratio est huius dilecti singularis, huius sanctissime uirginis. Et quid admiramur? Vel quid nobis admirandum insinuat spiritus sanctus per uerba huiusmodi: ascendit per desertū sicut uirgula fumi ex aromatibus mirrhę & thuris & uniuersi pulueris pigmentarij. O foelicem mentis habitum, qui tam magnum habet preconium. Humilitas tua est o ancilla domini, beata Maria, quam tali admiratione spiritus sanctus collaudat: Odor tuus odor humilitatis tuę præcipuus ascendit ad deum, ut uere sacrificium contribulati spiritus. Quid enim est fumus & quid puluis, nisi spiritus lachrymosus & confitentia ualde humilis: Et sua quidem æstimatione uera humilitas fumus est noxius, quasi cremij siue torris obusti, & puluis terrę sine aqua & sitientis iuxta illud: Quia defecerunt sicut fumus

Hūilitas Marię optimi odoris.

Psal. 101.

dies mei, & ossa mea sicut cremium aruerunt, & sicut Abraham dixit loquar ad dominum
 meum cum sim puluis & cinis: sed nō ita aestimatione dei. Aliter et melius ille te discernit.
 Tu dicis, puluis sum terræ qualem uentus dispergit, aura tollit, & ille dicit, non, sed puluis
 pigmentarius siue puluis pigmentarij, puluis mirrhæ & thuris: qualem pigmentarius spiri-
 tus sanctus conficit ex optimo thure, quod est suauitas mentis, & ex mirra probatissima,
 quod est mortificatio siue incorruptio carnis. Tu dicis fumus ego sum teter coram diuinis
 oculis, qualis de camino siue de fumario deficiens ascendit, ascendens deficit, & ille dicit, nō,
 sed fumus ex aromatibus mirrhæ & thuris, qualem decet ascendere de aureo thuribulo an-
 te altare aureum usque ad oculos & olfactum domini. Talis fumus, imō talis fumi uirgu-
 la, tu o beata Maria, suauem odorem spirasti altissimo, cœlestibus disciplinis erudita atque
 extenuata. Talis ascendisti per desertum id est, animum habens ualde solitarium. Si enim
 uera cuiusque animę humilitas etiam inter turbas potest esse solitaria, ita uidelicet, ut in nul-
 lo alio præter quàm in deo spem habeat, quemadmodum Hester, cum esset regina, ueraci-
 ter tum dicebat: Domine mi, qui rex noster es solus adiuua me solitariam, & cuius præter
 te nullus auxiliator est alius, quanto magis tu uera aut solitaria & quasi in deserto eras, quę
 uirum non cognoscebas, nec cognoscere cupiebas, & ab illo, cui desponsata fueras, pene
 fuisti deserta, non quia sanctus angelus, qui te solitariam inuenerat, solitariam salutauerat,
 te commendat & filium tuum, qui quasi pupillus in hoc seculo nasciturus erat. Digna er-
 go exclamatio, digna admiratio. Quæ est ista, quæ talis ascendit per desertum siue de de-
 serto? Vere mirabilis, & illi multum distimilis, quæ descendit per Paradisum, cecidit de Pa-
 radiso: non gracilis per humilitatem, sed nimis grossa & rigida per mentis timorem. Pro-
 pterea uultis scire, quam magna fuerit cura altissimo de ista, quæ de superbis non curat?
 Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: Unus
 uicuiusque ensis super foemur suum propter timores nocturnos. Quis enim est le-
 ctulus uere & ueri pacifici regis Salomonis, qui inter nos & dominū pacem composuit: ni-
 si illa in quo diuina natura humanam sibi naturam coniunxit, Et quis ille est, non uterus tu-
 us dilecta dilecti, uterus uirginalis: Ibi naq; diuinitas uerbi dei, uerbū deus sese concludit,
 & humanam naturam, de tua carne formatam, sibimet in unitate personæ inseparabiliter
 coniunxit, & ecce sponsus, id est carnem nostram, cum anima rationali habens deus, spon-
 sus inquam deus & homo Christus, sicut canimus in Psalmo, & ipse tanquam sponsus pro-
 cedens de thalamo suo. Quomodo talem tanti Salomonis lectulū sexaginta fortes ambi-
 unt. Vel qui illi sexaginta fortes sunt? Magnum & mirum mysterium, audituq; & scitu di-
 gnum: sed prius est aliquid quærendum. Cur sancti patres gladios habuerint, aut cur gla-
 dijs licito usi sunt? Hodie uel hoc tempore ex quo euangelium effulsit, ex quo ille sponsus
 de thalamo suo processit, sanctis ad perfectionem tendentibus non cōceditur usus gladij.
 Conuerte gladium tuum in locum suum, ait idem sponsus Petro qui fortiter ac fideliter
 pro illo zelabatur, & quod unū dixit, omnibus dixit: ut post tempus belli tempus pacis nūc
 esse sciamus: Quare istud? Quam ob causam tunc fuit tempus belli, & nunc est tempus
 pacis? Videlicet quia radicem siue arborem bonam, quod erat genus Abrahamæ ad quem
 primum beati seminis repromissio facta fuerat, diabolus per Barbaricos gentium uel re-
 gum impiorum, gladios excidere atque extirpare uolebat, unde sacræ historiæ plenæ
 sunt. Idcirco tempus belli, tunc erat, idcirco materialibus gladijs tunc opus erat ut defen-
 saretur genus Abrahamæ, ut defensaretur radix Iesse, defensaretur inquam atque protege-
 retur genus & radix Dauid, donec tu beata uirgo nascereris, lectulus (ut iam dictum est)
 ueri Salomonis. O igitur uerum & bonum consilium, quod lectum Salomonis sexaginta
 fortes ex fortissimis Israel ambierunt. Et qui fortes uel fortissimi illi sunt uel fuerunt?
 Numeremus illos omnes, qui pro defensione spei uel expectationis Abrahamę gladijs lauda-
 biliter usi sunt cum prophetis, quorum libri extant, quique contra gladios materiales re-
 gum impiorum, gladium spiritualem, gladium uerbi dei, non solum loquendo, uerum et
 scribendo euaginauerunt, & sexaginta fortes sunt, Primus Abraham fortissimus, gla-

Gene. 18.

Apoca. 2.

Ascendit per desertum. Hester. 14.

Matth. 1.

Lectulus Salomonis, uterus Mariæ.

Psal. 18.

Cur nunc nō est usus gladij ut antiquis.

Matt. 26. Marc. 13.

Gene. 12. & 22.

Catalogus 12 fortium in Israhel. Ephe. 6.



Gene. 34. dio accinctus, sicut probatum est in illis de quibus prædam reduxit, & Loth filium fratris sui liberavit de quatuor regibus. Secundus Isaac paterno gladio sacratus, & deinde potentia plus quam regia clarus, ita ut diceret ei rex Abimelech, recede à nobis quia potentior nostri factus es ualde. Tertius Iacob, & ipse fortis in gladio, sicut testatur ipse Ioseph, loquens filio suo: Do tibi partem extra fratres tuos quam acquisiui in gladio & arcu meo. Quartus idem Ioseph, potentia regis potens, quasi rex uel regis pater. Quintus Moyfes, sextus Aaron, septimus Phinees, octauus Iosue, nonus Caleph filius Iephone: Deinde duodecim iudices, qui iudicauerunt & liberauerunt Israel, & sunt uiginti & unus. Vicefimusecundus Samuel, uicesimustertius Dauid, uicesimusquartus Helias, uicesimusquintus Helizæus, uicesimusexus Ioiada pontifex clarissimus & domini benedictus, uicesimuseptimus. Zacharias filius eius, qui cultum Baal, quem Helias & Helizæus exterminauerunt de Samaria per manum Iheui, Iezabel interfecta, deleuerunt de Iuda & de Hierusalem, occisa Athalia filia eius impiissima. Vicefimosectus rex Ezechias, uicesimusnonus rex Iosias, tricesimus propheta nobilissimus Esaias. Post istos duodecim prophetae, quorum libri extant, quinquagesimusquartus Ezechiel, quadagesimusquintus Daniel & cum eo tres socij eius Ananias, Azarias, & Misahel: & sunt quadraginta octo. Quadagesimusnonus Esdras, quinquagesimus Neemias, quinquagesimus primus Zorobabel, quinquagesimus secundus Ihesus sacerdos magnus filius Iosedech in reuersione captiuitatis & reedificatione ciuitatis uel templi. Quinquagesimus tertius cum regina Hester Mardocheus, qui ambo, iure, pro uno reputantur quia regalia dignitas siue sublimitas Hester fuit Mardochei gladius. Quinquagesimusquartus Malthathias, quinquagesimusquintus Iudas Machabæus. Post illum Ionathas & Symon duces alter post alterum successerunt, & deinde Iudas & Iohannes, qui & Hircanus filij Symonis, nouissimi contra Pardum, id est, regem Græcorum præliati sunt & sunt quinquaginta nouem. Quibus adde hunc ipsum, per quem spiritus sanctus hæc locutus est regem Salomonem, & fiunt sexaginta. Nam Iosaphat rex fuerat quidem de fortibus, sed non de fortissimis Israel, quia impio præbuit auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iunctus est per Athaliam filiam Iezabel uxorem filij Ioram, quæ cultum Baal introduxit in Hierusalem & omnem impietatem, propter quam necessarii fuerunt gladij fortissimorum Israel. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Vere tenentes & iure tenentes gladios, tam sacerdotes, quam reges, tam patriarchæ, quam duces, tam prophetæ quam iudices, si rationem temporis supradictam ritè consideres. Nondum enim procefferat sponsus de thalamo suo, & ad hoc laborabat diabolus per satellites & ministros suos, reges Aegyptios, reges quoque Israeliticos scissos à domo Dauid, reges Assyrios siue Babylonios, reges Persicos siue Mædos, reges Græcos siue Macedonicos; laborabat (inquam) & laborauerat atque contenderat diabolus serpens antiquus obfistere uolens dei proposito, ne impleteretur promissio, ne collocaretur hic lectus siue thalamus, ne esset unde nasceretur hæc beata & dilecta uirgo, de cuius utero procedere oportebat dilectum tanquam sponsum de thalamo suo. Isti erant timores nocturni, quos dicit hoc modo, uniuscuiusque ensis super foemur suum propter timores nocturnos. ¶ Hinc uere ad bella doctissimi, quia cur bellarent causam præ oculis habebant huiusmodi. Exeruerunt uera pro causæ huius consideratione, percutiendo & occidendo impios, iuuat & delectat siue Heliam siue quemlibet alium prophetam aut sacerdotem audire dicentem: Maledictus qui retrahit gladium suum à sanguine, quia uidelicet ille erat sine zelo iustitiæ. Mirum spectaculum, quia cum hæc diceret ille realis siue temporalis rex Salomon, habebat & ipse sexaginta fortes ambientes lectum suum, id est, pacatissimum & quietissimum regnum suum. Nam de patre suo Dauid sibi relictos habebat fortes triginta & septem, quorum

Tur Iosaphat rex non cons numeratur. 3. Reg. ult. 2. Paral. 20

Diuersifortes filiorum Israel.

Ad bella doctissimi.

Lx fortes Salomonis, regis temporalis. 2. Reg. 23.

rum primus Eleazar filius patru David Ahoi, nouissimus scribitur Vria Ethæus. Et quidem mystica litera sic se habet Eleazar inter tres fortes, & Abisay frater Ioab, filius Sarai, princeps erat de tribus, & hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, & ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiles, tanquam ad mysterium intendens eorum, qui propter fidem trinitatis agonizaturi erant, quasi distinctis ordinibus secundum triginta & tres, qui uterque numerus ternarius est, alter singularis, alter decenus, sed in summa omnes triginta septem sunt. Quibus adde principes undecim, quos habebat rex Salomon, regnans super omnem Israel, & duodecim præfectos qui præbebant annonam regi & domui eius: quos omnes, uidelicet & principes & præfectos, suis ex nominibus scriptura commemorat, & fiunt sexaginta, excepto quod Banaias filius Ioiadæ, uir fortissimus & magnorum operum, hoc pacto bis nominatur. Illi sexaginta fortes ex fortissimis Israel, tam uirtute animi quam corporis fortitudine, tunc temporaliter ambierunt lectum, id est, turati sunt quietissimum regnum SALOMONIS temporalis, & sicut in cæteris laudabilibus atque memorabilibus, quæ gessit idem Salomon, ita & isto numero fortium magnum sacramentum, perpulchrum rex sapientissimus prospexit mysterium, de quo iam pro posse dictum est. Et tunc quidem gladius (sicut iam dictum est) necessarii fuerunt: nunc autem sola necessaria sunt testimonia scripturarum, & ipsæ inter eosdem gladios diuinitus prouisæ sunt, ut tunc conderentur, quæ nunc in suo tempore legerentur, quas legentes atque credentes uitam in ipsis haberemus. Unde protinus sequitur. **L** Ferculum fecit sibi rex SALOMON de lignis libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatas Hierusalem. Ferculum namque regis Salomonis, scripturæ sunt ueritatis, omnes una mensa domini cuncta regentis, & omnibus prouidentis, quemadmodum Psalmista dicit. Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Quid est enim, in loco pascuæ ibi me collocauit, nisi fecit me studere in scripturis? Ibi regit me, scilicet ne quid prauè intelligam, & nihil mihi deerit, uidelicet quod ad intelligendum mihi necessarium sit. Altissimum est huiusmodi ferculum & habet ascensum. Qualem ascensum? Purpureum. Quid est ascensus purpureus? Deus & homo Christus pro salute hominū passus & sanguine suo purpuratus. Istud credere, ascendere est, Qui sic ascendit, illum ad resurrectionem uitæ, quæ est in scripturis diuinitatis admittit. Nam qui sic non ascendit, qui non credit, nunquam scripturas intelligit. Iccirco Iudæi non intelligunt, & cæci sunt, quia non ascendunt per hunc ascensum purpureum: non credunt CHRISTVM de Maria uirgine natum, & eum qui à patribus ipsorum crucifixus est, deum esse ac dominum, regem, Salomonem uerum, regem æternum. Exempli gratia. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, &c. Quomodo hæc & horum similia intelligit, qui alium Salomonem, alium regem siue filium regis non recipit, nisi illum hominem, qui suo tempore regnauit, & mortuus est, sicut cæteri homines? Nimis arduum est illi ferculum hoc regis, nec attingere potest quicquam de uitalibus cibis, quos ibi sapientia præparauit. Unde rex Salomon hoc ferculum fecit? De lignis libani, id est, de hominibus sanctis, hominibus fidei impu-tribilibus, quorum quandam similitudinem habent ligna libani, id est Cedri, per id quod sunt naturæ impu-tribilis. Quomodo fecit? Eo uidelicet modo, quo ad illos factum est uerbum domini. Ipse enim rex Salomon erat uerbum domini, & per spiritum sanctum corda illorum impleuit, & linguas difertas fecit, ut de cælestibus scienter eloqui, qui non ab hominibus neque per homines fuerant docti, atque ita locuti sunt & scripserunt, quæ pascua uitæ, in quibus homo uiuit, quemadmodum ipse dicit. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Ibi est argentum, ibi est aurum, nam columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum. Quod est illud argentum, & quod illud aurum? Argentum illud est exterius eloquium ualde nitidum: aurum

Iohan. 5.

Ferculū Salo-
sunt scripturæ
Psal. 22.

Ascensus pur-
pureus Chris-
tus est

Psal. 71. 1

Ferculū de li-
gnis libani.

Deut. 8.
Matth. 4

Quid aurum & argentum in scripturis, Psalm. 78, Psalm. 11.

rum uero interior maiestas sensuum. Aurum inquam, immo desiderabiliora sunt super aurum & lapidem preciosum multum, quæ intrinsecus latent: nitidiora uero super argentum, quæ extrinsecus patent. Eloquia domini (inquit Psalmista) eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Quod dicit casta, argentum: ad hanc similitudinem dicit, quia sicut casta mulier à labe corruptionis est immunis, & sicut argentum bene excoctum à cunctis sordibus redditur uacuum: sic uerbis siue eloquijs domini nihil falsitatis, nihil superfluitatis potest esse admixtum. Cunctam hominum sapientiam, cunctam rhetorum seculi huius eloquentiam exuperat hoc regis Salomonis ferculum, scilicet omne canonicarum corpus scripturarum, unde hic animæ uiuere incipiunt & in æternum uiuunt. Media charitate constrauit propter filias Hierusalem. Quomodo constrauit ipse dicat rex Salomon. Audiuimus, quia dicit ipse. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & propheta. Dixerat enim, interrogatus à Pharisæis, quod esset mandatum magnum in lege. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Statim quæ inuoluit. In his duobus mandatis, uniuersa lex pendet & propheta. Vere dixit, & antiquam ueritatem dixit. Quid enim aliud ab antiquo dominus petit? Et nunc Israel (inquit Moyses) quid dominus deus tuus petit à te, nisi ut timeas & diligas eum in toto corde tuo, & in tota anima tua? Ergo media ferculi rex SALOMON charitate constrauit, id est, in medio Scripturarum principatum charitatis posuit, quia reuera de quo pendet cætera omnia, illud recte medium ac principale dicitur & est.

Charitas, fit nis præcepti. 1. Timo. 1. Math. 22.

Deut. 10.

Filiæ Hierlm

¶ Ut quid media taliter caritate constrauit? Propter filias Hierusalem. Quas propter filias Hierusalem? Quæ sunt illæ filie Hierusalem? Animæ fideles, amantes quidem Hierusalem ueluti matrem, sed uirilem, id est, perfectam: nec dum habentes in operibus iustitiæ uirtutem, scilicet in hoc ut omnia relinquere propter regem SALOMONEM, & suum quoque pro illo ualeat erogare sanguinem, aut in uirgineo proposito sacram & beatam sponsum & sponsam, dilecti & dilectæ, de quibus hic sermo est, iugem celebrare festiuitatem. ¶ Quomodo uel in quo filiabus huiusmodi proficit, quod media ferculi rex SALOMON caritate constrauit? Nimirum in eo quod facere possunt, & suum faciunt illud quod est aliorum, quod est uirorum siue fortium. Verbi gratia. Non sunt carne uirgines, sed bonum uirginitatis in te, o beata Maria, diligendo, suum faciunt. Non alia præter te genuit regem SALOMONEM, regem tam magnum, tam magnificentem: sed illæ, diligendo in te hoc tam grande priuilegium, regis eiusdem matres fiunt. Item. Non sunt martyres, neque sufficiunt inter fortes præliari, & pro amore regis Salomonis fundere sanguinem suum: sed martyres diligunt, & diligendo illos, gloriam eorum suam faciunt. Amplius dicam. Non sunt dii, sed diligendo deum, dii uel filij dei sunt, sicut

Psalm. 81.

scriptum est. Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Proinde quid sequitur? Egredimini et uidete filie Syon regem SALOMONEM in diademate, quo coronauit eum mater sua, in die desponsionis illius, et in die letitiæ cordis eius. ¶ O igitur filie Syon, siue filie Hierusalem, quoniam ferculum eiusmodi fecit sibi rex Salomon, & quoniam propter uos media charitate constrauit, uenite ad nuptias: Venite & aspiciate, egredimini & uidete hunc regem, hunc Salomonem pacificum, & pacis principem, in diademate regali, in charitate nuptiali: qualis, quantum, quam gloriosus sit. Nolite hoc solum considerare, qualis sit in carne mea, qualis natus in diuersorio, qualis collocatus in præsepio. ¶ Egredimini ex istis angustijs, & uidete illum in diademate suo, quo coronauit eum mater sua, scilicet antiqua patriarcharum, & prophetarum ecclesia, cuius fidei promissus est, cuius de carne progenitus est, Antequam nasceretur, fecit ei mater sua illa preciosum diademata,

Quo coronauit eum mater sua scilicet antiqua ecclesia prophetarum,

diadema, quo coronari deberet, & unde cognoscendus foret magnus & spectabilis rex. Quod est illud diadema? Nimirum clarissima prophetica ueritatis autoritas: cuius quot sunt præconia, tot gemmarum, tot præciosorum lapidum, est huius Salomonis diadema: in die desponsionis illius, quo de utero meo, tanquam sponsus processit de thalamo suo, & in die lætitiæ cordis eius, quo spinea coronatus corona, laborem contumuit, & subsequenti lætificatus resurrectionis triumpho. Et in die lætitiæ illius, & in die desponsionis illius, in illo diademate uidentur, & ex illo est diademate quantus sit agnoscendus. Exempli gratia. Paruulus natus est nobis: filius datus est nobis, & cætera, usque, amodo & usque in sempiternum. Et alibi. Catulus leonis Iuda, ad prædam filii mei ascendisti. Quiescens accubisti ut leo & quasi leona. Quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de scemoribus eius, & cætera. Ex huiusmodi sententijs & dictis propheticis, ex huiusmodi auro & lapidibus, quam multis, quam præciosis, fabricatum uel compositum est diadema regis ueri SALOMONIS. ¶ Nolite ergo eum solummodo in præsepio considerare, sed egredimini mente ex isto, in quo natus est, diuersorio: & ex illo, in quo iudicatus est, Pylatorio sive auditorio: & uidete eum in præsepio simul & in diademate, in cruce simul & in ea qua coronauit eum deus pater gloria & honore. Et quis fructus uisionis eius? Ille nimirum, qui in propheta promittitur, regem in decore suo uidebunt oculi eius. Qui enim hic, ubi ambulamus per fidem & nondum per speciem, uiderit & uidere uoluerit per speculum & in ænigmate regem Salomonem, in tali diademate uidebit eundem in decore suo regem, uidebit eum facie ad faciem, quando, ueniente eo quod perfectum est, euacuatum fuerit quod ex parte est.

Psal. 72.

Esaie. 9.
Gene. 49.

Egredimini
filie Syon.

I. Corin. 13.

Sequitur.

Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es: Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, que ascenderunt de monte Balaad. Bentes tui, sicut greges tonfarum, que ascenderunt de lauacro: omnes gemellis foetibus, et sterilis non est inter eas. Sicut uitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punicum, ita geve tue, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris Dauid colum tuum, que edificata est cum propugnaculis. Nulle clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Uero ubera tua, sicut duo hinnuli capree gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, et inclinentur umbre.

CAP. III.

O pulchritudo admirabilis, quam sic admiratur & collaudat pulcherrimus author ipse pulchritudinis septem præconijs. Considerauit oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum, & ubera, & pro singulis dilectus singula decantauit dignæ collaudationis capitula. Audiant hæc pueri, & sic se habeant ad cantationem huiusmodi, sicut filij nuptiarum læti, & iocundi, longe dissimiles illis, quibus ipse quodam loco dicit. Cantauimus uobis, & non saltastis, id est, monstrauimus uobis ea quibus delectatur deus, & ad illa uosmetipsos aptare neglexistis. ¶ Quid enim septem istis modulis decantatur? Quid in te, o dilectissima dilectarum, uirgo uirginum, laudatur à dilecto laudabili, quem laudat omnis chorus angelorum? Laudatur simplicitas, munditia, innocentia, doctrina, uerecundia, humilitas, mentis & carnis integritas, siue incorrupta uirginitas. In oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia, in labijs doctrina, in genis uerecundia, in collo humilitas, in uberibus tuis admiranda & spectabilis est cum fecunditate uirginitas. Simplicitas tua, prudentia tua est: munditia tua, supernorum desiderium est: innocentia tua, religiositas est: humilitas tua, uera contra diabolum fortitudo est: uirginitas tua, matrum siue matronarum decus est. Hi sunt dulces moduli musicæ cœlestis, quos libenter audis & intelligimus in uerbis istis iam diligentius pertractandis: Primum hoc est pulchritudinis

Præconijs Pulchritudinis
Marie.

Matth. 23.

Pulchritudo
ista ex septem
uirtutibus

chritudinis tuæ prædicamentum. **O**culi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus lateat. **O**culi columbarum & oculi coruorum, hoc differunt: quo dulcedo simpliciter diligentium, & multiplex amaritudo invidentium. **S**implicitas columbarum septem habet insignia uirtutum naturalium. Hæc nanque auicula, primum sine felle est, deinde nihil uiuum comedit, pullos alienos nutrit, grana semper candidiora colligit, in petris nidificat, gemitum pro cantu habet, libenter iuxta fluenta refidet, ut uenientem accipitrem ex umbra præcognitum effugiat perniciter.

Septem proprietates columbarum.

Quo Maria sicut colubam. Plal. 13. 52.

Lucæ. 2.

Absq. eo quod intrinsecus lateat. 2. Cor. 12.

Luc. 2.

Greges caprarum sunt & filii eorum. Heb. 11.

3. Reg. 17.

Helias primus monachorum institutor.

Capilli filii gregibus caprarum.

3. Reg. 18.

Tu maxime, o misericordiarum mater, sine felle es: nihil enim unquam habuisti in uisceribus, nihil odij, quod familiare est rapacibus coruis. Nihil uiuum columba comedit, & tu longè ab illis es, de quibus scriptum est, qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Pullos alienos columba nutrit, & nos qui eramus alieni secundum carnem à genere tuo, ecce uiuimus tuis meritis. Grana candidiora columba colligit, & tu conferens in corde tuo testimonia de scripturis, creditum tibi conseruabas letitiam dei. Columba in petris nidificat, & tu in solitudine fidei permanens, euasisti serpentis antiqui uenena. Columba gemitum pro cantu habet, & tibi gemere dulcedo fuit, eò quod præ cunctis mortalibus mente uulnerata esses. Columba iuxta fluenta refidet: tibi autem uel tuo pectori omne fluentum scripturarum, quàm contumacius est? Nunquam aduentus spiritualis accipitris tibi esse inprouisus, aut te conseruatum qui, immò nec tibi appropinquare potuit. **I**gitur oculi tui columbarum, & hæc uerba pulchritudo est, absque eo quod intrinsecus lateat, quod solus in te deus uidet: nobis autem quia inexpertum, iccirco ineffabile, immò & incogitabile est. Si enim quisquam dixit, & teste deo uel conscio, non mentiens, dixit, raptum se fuisse in paradysum, siue usque ad tertium cœlum, ita ut nesciat, siue in corpore, siue extra corpus raptus fuerit, & audisse archana uerba, quæ non licet homini loqui: quanto magis tu regina cœlorum persæpe cœlestibus interfuisti: quippe quam & circumsteterunt obstetricum uice, gloriam deo concinentes, angeli: & inter hæc didicisti uel affecuta es aliquid, quod lateat & latere nos debet. **C**apilli tui, sicut greges caprarum, que ascenderunt de monte **BALZAB.** Qui greges caprarum, uel quando greges caprarum apparuerunt de monte **GALAAD.** Vtique greges rationales, greges caprarum rationalium tunc apparuerunt, quando cœperunt homines eiusmodi esse, de qualibus **APOSTOLVS** dicit. Circuierunt in melotis, in pellibus caprarum, & cætera usque, & in cauernis terræ. Quando cœperunt esse homines eiusmodi, uel unde apparuerunt homines huiuscemodi conuersationis? Nimirum quando **IEZABEL** interficiebat prophetas domini, tunc apparuerunt de monte **Galaad**, id est, de ciuitate eiusdem nominis **Galaad**, sita ad radices montis **Galaad**. Sic enim scriptum est. Et dixit **Helias** **Thesbytes**, de habitatoribus **Galaad** ad **Achab**. **U**iuat dominus deus **Israhel**, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est uerbum domini ad eum dicens. Recede hinc, & uade contra orientem, & abscondere, & cætera. **H**æc dixit, & hæc fecit ille primus auctor, & institutor eorum, qui dicti sunt filij prophetarum, quos fuisse monachos in ueteri testamento, consentit autoritas patrum uenerabilium. Et recte dicuntur apparuisse, quia iam dictus institutor illorum, **Helias**, sic repente illic introducit, ut antea nusquam scriptura meminerit, quis uel unde fuerint progenitus. **Q**ui capilli tui uel unde capilli tui, similes gregibus illis. **N**imirum cogitatus tui subtilissimi in eo fuerunt, ut fugeres ad desertum gentium, propter sanguinem quem **synagoga** multum effudit: sicut illi in solitudines fugerunt, propter sanguinem quem **IEZABEL** primum fudit: secundum nomen suum, quod interpretatur

interpretatur, fluxus sanguinis, interficiens prophetas domini. In hoc similes illis gregibus capilli tui, id est, sicut illi, immo plus quam illi, omnes cogitatus tui, omnis meditatio tua, solitudinem & requiem in omnibus quaesuit, procul a tempestatibus Iudaicis qui suam iustitiam statuere uolentes, iustitiae dei subiecti non sunt: synagoga peccatrix, & per omnia Iezabeli similis, quam Helias (quod interpretatur, dominus deus) & post eum filij prophetarum, non sine causa fugerunt, iuxta illud: Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescam? Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine, & expectabam eum qui saluum me fecit, a pusillanimitate spiritus & tempestate. Sicut columba illis similis, & quis illorum tibi columbae similis, & haec similitudo in capillis, non solum propter illa, quae iam dicta sunt, uerum etiam, quia tu quoque longum in cogitationibus tuis, praecia futurae passionis filij tui, pertulisti martyrium: sicut illi diu egentes, angustiati, afflicti, omnes testimonio fidei probati inuenti sunt.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quae ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis foetibus, & sterilis non est inter eas. Quam pulcher ordo? Primum oculi, & post oculos capilli, post capillos dentes lauantur innocui. Respicite amici ad sinistram, considerate Euam, mulierem odiosam, huic dilectae oppositam, & oculis & capillis, & dentibus, & labijs, & genis, & collo, & uberibus infauis. Oculi eius non sicut columbarum, immo sicut oculi coruorum rapacium. Scriptum est enim. Vidit igitur mulier lignum, quod bonum esset ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu eius & comedit. Habet autem ambitionem huiusmodi, comedit & eritis sicut dii. Ergo capilli eius, id est, ambitio eius, non sicut supradictarum greges caprarum, qualium est caeleste desiderium, sed sicut ille princeps super omnes filios superbiae, qui dixit in corde suo, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. **Dentes uero eius quales fuerunt?** Nimirum sicut dentes leonum, qui mordent, & mordendo uetium, uenturae posteritatis suae animas interfecerunt. Si enim de filijs eius ueraciter dictum uel scriptum est, filij hominum, dentes eorum arma & sagittae, & illud: Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus: quanto magis de illa, quae tali consilio momordit, cuius morsus tam malus prouentus extitit, recte quis dicat, quia dentes eius arma ferrea fuerunt, dentes eius mola siue molares fuerunt. **At tui dentes o amica mea, sicut grex tonsarum, quae ascenderunt, id est, certissime ascendunt de lauacro.** Cum enim posuero, siue de membris ipso, de latere meo lauacrum regenerationis, lauacrum sanguinis & aquae profudero, sanctique spiritus inuocationem dedero, tunc lauabuntur oues, pro quibus animam meam pono, & mundabuntur eodem lauacro, nec emundatione simplici contentae, uellerarum, uellerarum facultatum suarum, ut nihil habeant proprium, sed sint illis omnia communia. Huiusmodi tonsae omnes sunt gemellis foetibus, & sterilis non est inter eas. In quo gemellis foetibus? In eo uidelicet, quod & praecceptum impleuerunt uel custodierunt, & consilium suo addiderunt. Quod est praecceptum, aut quod consilium? Vtique praecceptum est, non rapere aliena: consilium, relinquere etiam sua. Consilium istud cum praeccepto sibi met composuerunt, & hoc est bonum geminum, haec est fecunditas foetuum gemellorum. Sic sunt o amica mea dentes tui, id est, talium innocentiam tibi proponis, cum eiusdem innocentiae magistra sis, multo excellentior qualibet ouium siue arietum talium: quorum utique non est, dentibus male uti, scilicet inuicem mordere, uel detrahere, & ab inuicem consumi. Et quidem grex ille, quicumque talis est, te sibi magistram scit, tu autem cunctis humilior, de omnibus pene altiora sentis, & uideris tibi capras & oues meas imitari quas longe praecedis. **Sicut uitta coccinea labia tua et eloquium tuum dulce.** In quo sicut uitta coccinea labia tua? Nimirum in eo, quod

Ecci. 24.
Rom. 10.

Psal. 54.

Hebrej.

Eua in ijslon
ge dissimilis
Mariae.
Oculi Euae
Gene. 3.

Capilli Euae.

Iob. 41.
Elaia 74.
Dentes Euae.
Psal. 56.
Psal. 57

Dentes Mariae
Iohan. 19.

Tit. 3.
Actu. 2. 4.

Omes gemel
lis foetibus.

Mat. 5.

Gala. 5.

quod sermo tuus à ueritate non discordat, immò cum ueritate multum concordat. Principium ueritatis, hoc est, ut non defendat se contra deum, immò accuset ante deum quispiam filiorum uel filiarum Euzæ, quæ dissoluit amicitiam inter se & deum proterea defensione. Si uitam huiusmodi habuisset, si uinculo perfectionis, quod est dilectio, se se creatori astrinxisset, paries inimicitarum in medio non surrexisset. In labijs tuis confessio & pulchritudo est, labijs tuis sanctitas & magnificentia est. Illa deo fuit muta, tu autem magnificasti dominum mente ardentissima, uoce suauissima, & hæc est uitta coccinea, quia charitas est ignea, qua bene cum eo ligata, sic deo adhæristi, ut unus cum eo spiritus sis. Hinc eloquium tuum dulce, quia uidelicet ex abundantia cordis & loquitur, & dulcedinem, quæ abundat interius, sapit sermo, qui redundat exterius. ¶ Ecce R haab meretrix dulcis eloquij tui uitam coccineam, siue funiculum coccineum in fenestra sua ligauit, signum suæ fidei, quod nuntios Iosue siue Ihesu suscepit atq; saluauerit: dum Ecclesia quondam peccatrix, & idolatriæ meretricio sordida, & dulce eloquium tuum, quo magnificauit anima tua dominum, pignus suæ salutis iugiter personat, & omnem doctrinam euangeticam, in qua ipsos Apostolos tua sine dubio labia confirmauerunt, integra semper fide prædicat. ¶ Et de omni quidem anima, quæ cumq; diuersa sentientes ad unitatem sua prædicatione constringit, ut id ipsum dicant omnes, & hoc agit in charitate & fide non ficta: uerum est dicere: quia labia eius sicut uitta coccinea: sed in ista gratia tu cæteris omnibus es incomparabilis post me dilectum tuum, cui specialiter spiritus in Psalmo dicit: Diffusa est gratia in labijs tuis. L. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod in intus secus latet. J. Malum punicum dicitur, eo quod ex punica regione sit genus eius translatum. Idem & malum granatum, eo quod intra corticis rotunditatem granorum continetur at multitudine. Negant medici mali huius cibo corpora nutriri, sed eo sic utendum opinantur, ut medicari potius non alere uideatur. Ita (inquit) genæ tuæ sicut fragmen mali punici, id est, uerecunda es sicut decet uirginem, longe dissimilem filiabus illis, quarum cuiuslibet dicendum fuit, frons mulieris meretricis facta est tibi, & erubescere noluit. ¶ Fragmen mali punici & rubet, & amplius quam integrum malum redolet. Sic tu & singulariter uerecunda es, & multis per bonam opinionem in bono exemplo proficies. Quid autem est dicere, absq; eo quod intrinsecus latet, nisi ac si diceret, & illud, quod intus in conscientia latet, amplius laudabile est? O uerè laudabilis uerecundia, ubi & intus conscientia munda, & foris facies uerecunda est. Nam ubi est aliquid, quo mens erubescat, non adeo laudabile est, si conspectam faciem rubor perfundat. Igitur tua uerecundia quid est, nisi religiositas summa? Et hæc uirtus, sine dubio, malo punico debuit assimilari, quia gratiosa est intuentium oculis, & interdum suo silentio non minus edificat quam sermo prædicationis. Vnde in tunica pontificis deorsum ad pedes eius dem tunicæ: Facies (inquit) domini ad Moysen) per circuitum, quasi mala punica ex hyacintho purpura & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, ita ut tintinnabulum sit aureum & malum punicum, rursumque tintinnabulum aureum aliud & malum punicum: & uestietur ea AARON, in officio ministerij, ut audiatur sonitus, quando ingreditur & egreditur sanctuarium, in conspectu domini, & non moriatur. Malum quippe punicum in medio tintinnabulorum, religiosum atque operosum est silentium, maxime sexus femine, in societate fidei uel doctrinæ prædicatorum: qualis tu præcipue fuisti uirgo uirginum, in adiutorio uel etiam regimine prædicantium apostolorum, cuius & si uerba non leguntur uel audiuntur, ubi prædicauerunt: opera tamen uel merita non ignorantur, non minora, immò maiora tintinnu prædicantium. ¶ Illud quoq; facticium malum punicum rubicundia erat, utpote non ex solo hyacinto, qui color ærius uitā significat cælestem, uerum etiam & ex purpura & cocco bis tincto factū. Et ita genæ tuæ, o dilecta uerecūda, & magistra cōpētētis uerecūdiæ siue religionis necessariæ: cuius uerecūdia tāto est laudabilior, quāto cōfiter

Coloss. 3.

Ephes. 2.

Psal. 97.

1. Cor. 6.

Math. 12.

Raab typus
ecclesie.

Iosue. 2.

Lucæ. 1.

1. Cor. 2.

1. Timot. 1.

Psal. 44.

Quid est malum
punicum.

Hierem. 3.

Verecundia
duplex.Verecundia
Males.osaria, religi
Exordi. 28Mala punica
in ueste Aarō

tia gloriosior tutior atque securior. **L** Sicut turris David collum tuum, quæ edificata
 est cum propugnaculis. **I** Quid erat turris David? Putasne illa turris manufacta, de qua
 facta fuit, cui tuum o dilecta collum debeat assimilari, & hæc est humilitas David. Atque
 hic sensus placet magis. Filia Syon (ait dominus deus apud Esaiam) elevata sunt & am-
 bulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebāt. Hæc fuit superbia illa
 rum. Propterea expugnari potuerunt. Tuum autem collum nequaquam extantum fuit,
 sed est sicut turris David, id est sicut humilitas David, per quam ille coram deo fortis, &
 cum esset rex unctus, dixit ad Saul, cū eum ille persequeret. **Q**uem persequeris rex Israel,
 quem persequeris: Canem mortuum, & pulicem unum. Turris ista ædificata est cum pro-
 pugnaculis, & mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium id est, hanc eius tantam
 humilitatem cæteræ uirtutes consecutæ sunt, maximeq; fortitudo & sapientia sicut scriptum
 est: David sedens in cathedra, sapientissimus ipse est, quasi tenerrimus ligni uermiculus, qui
 octingentos interfecit impetu uno. O qualis hæc turris, qualia propugnacula? Ex ea mille
 clypei pendent, omnis armatura fortium, quia propter humilitatē accepit, ut caneret & scri-
 beret uerba fortitudinis, uerba sapientiæ & ueritatis: tā multa, ut millenarius numerus uult
 intelligi: tam fortia, ut omnibus exinde armatis fortibus nihil falsitatis obistere possit. **I**ta
 collum tuum, imò & ultra quàm turris illa, collum tuum id est humilitas tua, quæ sedet uel
 parat in collo tuo non extento, ædificata est cum propugnaculis, & mille clypei pendent
 ex ea omnis armatura fortium. Nihil enim deest illic omnium quæ continentur in scri-
 pturis ueritatis, & neque uisibilis diabolus, neque uisibilis homo hæreticus, e contra po-
 terit unquam uel poterit. Adde illud, quod maximum est, quia uerbi, cuius mysterij con-
 secuta est ut caneret humilitas patris tui David, uerbi in quâ eiusdem substantiam concepit,
 & incarnatam peperit humilitas tua, o filia David. **L** Duo uerba tua, sicut duo hinnuli
 capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies & inclinentur umbre. **I**
 O ubera uere gratissima atq; pulcherrima, duo ubera manu altissimi formata. Hæc sunt uir-
 ginitas et fecunditas quarum pulchritudo o in tuis dilecta uberibus castis, uberibus foemi-
 nis quæ me laetauerunt, maxime spectanda est. Spectate amici ubera hæc, imò in uberibus
 capræ gemelli. Nunquam uisum est simile huic in montibus siue collibus nostris, sed neq;
 uidetur in seculis superuenturis, ut uni capræ fiant duo tales hinnuli gemelli, ut uni fœ-
 minæ cōtingat quatenus eiusdem uberibus & filium lactet & uirgo sit. **A**spicite hoc & ad-
 miramini, uidete & congratulamini, quia caprea hæc talis hinnulos ita geminos edidit, quia
 fœmina hæc, dum quasi caprea per montes exiit, dum cœlestibus uel supernis animo in-
 cedit, gemella hæc plenæ gratiæ dona feliciter apprehēdit, ut & mater & uirgo sit. **Q**uid
 faciemus gemellis istis? Pascuntur, & pascantur in lilijs donec aspiret dies, inclinentur um-
 bræ, id est, secreto custodiantur, in silentio habeantur, nec publice prædicentur, quod ita
 sunt gemelli, donec resurgam à mortuis, quod est aspirare diē, & inclinari umbras morta-
 litatis. Omnino secreta sunt in lilijs hæc, id est, in illis siue penes illos, quibus inest & can-
 dor & suauis odor castitatis, qualium prima fuit, cuius in utero infans ad odorem nostrum
 exultauit longe à filiabus illis, quarum sunt quasi septem dæmonia, septem istis prædica-
 tionis tuæ pulchritudinis, quæ nunc edixi, contraria: scilicet altitudo oculorum, compositio
 tio capillorum, uoracitas dentium, incontinentia labiorum, inreuerentia genarum, colli-
 erectio nimia, subactio atque contractionis frequens iniuria. **T**empus erit, quando hæc
 tua quæ nunc secreta sunt, oporteat prædicari ad gloriam dei. Prius hoc fiet. **L** Gadam ad
 montem mirrhæ & ad collem thuris **Q**uomodo vadam? **A** Ascendam Hierosoly-
 mam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt de me: Tradar enim gētibus ad illu-
 dendum & flagellandum, & postquam flagellauerint crucifigent & occident me.
Hoc erit ire ad montem mirrhæ, scilicet mortificari uel occidi, sicut à patribus istorum
 mortificati sunt prophetæ. Tertia die resurgam à mortuis, & deinde ascendam in cœ-
 lum & sedebo ad dexteram patris, iuxta illud, Dixit dominus domino meo, sede à dex-
 tris lem. hurs.

j. Par. ij.
 Turris David
 humilitas est.
 Esa. 3.

j. Reg. 24.
 Mille clypei
 reliq; uirtutes

2. Reg. 23.

Collū Mariæ

Duo ubera
 uirginitas &
 fecunditas

Qui pascunt
 in lilijs.

Luc. j.
 Luca 8.
 Septem uicia

Mat. 16. & 20.

Quid ē ire ad
 montem mir-
 rhæ & ad col-
 lem thuris.

XXXVI. RVPERTI IN CANT. CANTI. CAP. .III.

Pfal. 99. xtris meis. Hoc erit ire ad collem thuris. Exinde nanq; cognoscetur & predicabitur, quia
Esa. 9. sum deus iuxta illud: Et uocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, deus. Hoc prædi-
Marc. ult. cabitur, & sequentibus signis confirmabitur, atq; ita fiet, ut mihi thus offeratur tanq; deo ue-
ro, destructis simulachris gentium & aris dæmonū, quibus hæc enus ab ignorantibus & er-
rantibus incensum offertur & sacrificium. Quid deinde? **Tota pulchra es amica mea,**
z macula non est in te. **Veni de libano sponsa mea, veni de libano, veni.** **Corona-**
beris de capite amana, de vertice saniyr z hermon, de cubilibus leonū, de monti-
bus pardozū. Cum pertransiero montem mirræ & peruenero ad collē thuris: id est cū
resurrexero à mortuis atq; coronatus gloria & honore resurrectionis & immortalitatis, se-
dens quē ad dexterā patris adorari, & thure, id est omni diuina religione honorari cœpero
Tota pulchra deus unus cum patre & spiritu sancto: tunc demum & tu coronaberis. tunc demum hæc lo-
es. quar ad te: **Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.** Quomodo hæc loquar ad
te? Nimirū magna & manifesta euāgelij prædicatione. ¶ **Et nūc qdē pulchra es, sed nondū**
Veni corona apparuit quod tota pulchra sis, & quod macula non sit in te, quod scilicet uirgo conceperis
beris. uel genereris, & uirginis uberibus lactaueris me. Hoc prædicabit gentibus, quod adeo ma-
cula non sit in te. Tunc demum loquar tibi. **Veni de libano sponsa mea, ueni de libano, ue-**
ni, coronaberis. ¶ **Vnde coronaberis?** De capite amana quod interpretatur nocturna auis,
Regna mūdi de vertice saniyr quod interpretatur dens uigiliarū, & hermon quod interpretat anathema,
capita auis no Venies de libano, quod interpretatur candidatio, id est, migrabis de corpore isto, corpore
cturnæ. candido, corpore uirgineo, & coronaberis de omnibus his, id est, de corpore uel membris
1. Pet. 5. illius, qui nominibus istis recte denotatur, de regnis mundi huius. ¶ **Regna nanq; mundi**
Leonū cubi- huius quædam capita uel quidam uertices recte denotantur, qui cum sit princeps tenebrarū, & tanq;
lia. rum, & uere anathematizati diaboli, à deo separati, qui cum sit princeps tenebrarū, & tanq;
leo rugiens circūeat, quærens quem deuoret, recte & nocturna auis & dens dicitur uigilia-
rum. Ipsa eadem regna & cubilia leonum, & montes dico pardorum: quia uidelicet reges
regnorum, reges Babyloniorū & Persarum atq; Mæcedorū, reges Græcorū, reges & cōsu-
les siue imperatores Romanorū, quid nisi leones & pardi dicendi sunt, qui tot bellis, tot cæ-
Pfal. 8. tibus tu amica mea coronaberis. Quomodo? Videlicet credent in me fructū uentris tui, &
Regina celo- eorum credentium salus corona tua erit. Ita coronaberis, ut & in caelis regina sanctorum,
rum, & in terris regina sis regnorum. Vbi unq; enim prædicatū fuerit illud de dilecto dicitū, mi-
nuisti eū paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super
opera manuum tuarum: predicabitur & de te quod sis o dilecta & mater huius coronati, ac
proinde regina caelorum, totum iure possidens filij regnum, atq; hoc intuitu reges atq; im-
peratores coronis suis te coronabunt, palatia sua nomini meo sacrabunt, honori tuo dedica-
Anna mater bunt, ut desinant esse quod fuerant, montes pardorum, cubilia leonum. **Tulnerasti cor**
Samuelis. meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculo rū tuorum, z in uno cri-
1. Reg. 1. ne colli tui. Etenim quis unquam ita habuit, ut tu habes, soror mea sponsa, unum oculo
In uno oculo rum? De quadam muliere sacra & ueridica narrat scriptura, quia cū esset sterilis & ob hoc
rum tuorū. hæc ita subiunctum est: Et abiit mulier in domum suam, uultusq; illius non sunt amplius in-
Heb. 4. diuersa mutati. Quid erat illa uniformitas uultuum, nō se amplius in diuersa mutanti? Ni-
mirum identitas cogitationum, & ualde intenta earundem perseverantia precū quas pro-
fecto quis discernat, uos scitis o amici qui dicitis. **Uiuus est enim sermo dei & efficax, & pe-**
Soror mea netrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionem animæ et spiritus, cōpa-
sponsa, gum quoq; ac medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis, et nō est ulla
creatura inuisibilis in cōspectu eius. Hoc est unum oculorū, hæc uniformitas uultū ocu-
lorum spiritualium, uultuum interiorum indefessa charitate iustam precem perseveranter,
uti cœptum est, dirigere ad dominum, ac semper cogitare id ipsum. Et quis in hæc talis
ut tu, o dilecta singularis, quā solam præ cunctis amantibus totā occupauit totamq; possi-
det amor dilecti. ¶ **In hoc uno soror mea sponsa, per fidem soror mea, per spiritum sanctū**
amorem uerum sponsa mea: in hoc uno oculorum tuorum vulnerasti cor meum, unde &
uiscera

viscera mea super te continere se non potuerunt. ¶ Nec uero solūmodo in hoc uno ocu-
lorū tuorū uulnerasti cor meū, sed & in uno crine colli tui, id est, in nimia humilitate cordis
tui, quem uidelicet crinem semper unū uidi, quam humilitatem semper uniformem & in-
deficientem esse conspexi. Quid uno crine gracilius, & qd humilitate subtilius? Quid cri-
ne flexibilius, & quid humilitate contrafractius? Crinis unus uix comparet, humilitas tua uix
consentit, q̄ computari possis inter homines. Iste est crinis colli, humilis cogitatus mulie-
ris, caput non habentis: caput inquam, id est uirū, neq; habentis, neq; habere uolētis. Nam
caput mulieris uir. Tu capite isto te indignam iudicasti, tu uiro & omni seculo te indignā
existimasti. ¶ Hoc scientes dicunt & uere dicunt amici, quia uotum egregiū deo prima uo-
uisti, uotū uirginitatis. At tamen sponsi nomen admisisti, desponsari uiro non rennuisti, &
inter hæc unū oculoꝝ tuorū & illum crinem iam dictū colli tui, magis ac magis in me fix-
isti, fide fortis, spe stabilis, charitate immobilis. Si em̄ Abraham & Sara fideles sperare po-
tuerunt, qd coniugiū eorū non deberē negligere, quin custodire illud in domo Pharaonis
incontaminatū, & iccirco Saram tolli in domū illā, nec Abraham rennuuit, nec ipsa Sara refu-
git: quātō magis tu fidelissima me fidelē fore sperasti, qd uirginitatē tuā custodire posses
aut non negligere illibata in domo sponsi, præsertim fidelis & iusti, & iccirco desponsio-
is solennitatē non refugisti: itaq; semper & ubiq; unū siue unitatē habens oculoꝝ, id est, uul-
tum in diuersa non mutatū uulnerasti cor meū: unū illum crinē tuū, scilicet spiritū humilē,
& contribulatū in me iecisti, ueluti spiculū præacutū, & uulnerasti cor meū. ¶ Alij quon-
dā fortes & ualidi me tenuerunt, & dicentem dimitte me non dimiserunt, & luctādo for-
titer contra deū fortes fuerunt: tu autē & uulnerasti cor meū. Et illi quidē luctando atque
uincendo, æternam sibi mercedē benedictionē & necessariā peccatori populo suo indulgentiā
obtinuerunt, tu autē quid inuenisti, quid accepisti uulnerādo cor meū? **L** Pulchre sunt
mamme tue soror mea sponsa. Pulchriora sunt uera tua uino, & odor uingentoꝝ
rum tuorum super omnia aromata. ¶ Amici auscultant hæc, & intelligunt me hoc di-
dicere, hoc admirari, quia mater & uirgo es, & hunc esse fructū unius oculoꝝ tuorū, & uni-
us crinis colli tui: quod cū te reputares indignam uiro, facta es digna deo: cū te indignā iu-
dicares facere semen in Israël, facta es digna facere salutem in Israël: cū indignam te repu-
tares lactare filiū hominem, digna habita es mammis pulchris, uberib; pulcherrimis, mam-
mis uirginis, uberibus intactis, lactare filium deū & hominē. ¶ Hæc auscultantes, toties
de mammis & uberibus tuis & de cæteris instrumentis tuæ pulchritudinis, de oculis, de ca-
pillis, de dentibus & labijs, tot uoces dilecti gratulantis non fastidiunt, quoniā amici sunt,
imō gaudio gaudent propter uocē sponsi lætantis, iuxta illud: Lætabitur dominus in ope-
ribus suis. Voces istæ, uoces lætitiæ nostræ sunt, lætitiæ patris & filij & spūs sancti in istis
operibus nostris, in mammis siue uberibus tuis, semel duo ubera tua, sicut duo hinnuli ca-
præ gemelli, qd iam supra dictū est: & nunc iteꝝ q̄ pulchræ sunt māmæ tuæ soror mea
sponsa, ac tertio, pulchriora sunt ubera tua uino. ¶ Hæc em̄ egregia sunt opera trinitatis,
hæc gratiora ualdeq; pulchriora primis operibus illius dicentis: Faciamus hominē ad ima-
ginem & similitudinem nostram, plasmantis de terra Adam & fabricantis de costa eius
Euam. Nunquid em̄ non ualde pulchrius est, sicut nunc, de utero mulieris absq; uiro uirū
facere, quā tunc de costa uiri mulierē fecisse? Illic nanq; de uiro mulier facta est, quæ per-
dat: hic de muliere uir factus est, qui perdita saluet, propter quod & factus est. Pulchritu-
do eius operis iocundius spectatur in mammis siue uberibus tuis, quando iam peracta est
species tantæ pulchritudinis, quando iam natus lactor māmistuis, mammis femineis, ube-
ribus uirginis. ¶ Qualis tandem est ista comparatio, pulchriora sunt ubera tua uino? Aut
quid magnum est dicere, pulchriora sunt ubera tua uino? Nam in uino luxuria est. Nolite
(ait quidam amicorum, ad nostras adolescentulas scribens) nolite inebriari uino, in quo est
luxuria. Quid ergo magnū est, dicere, qd ubera tua pulchriora sunt eo quod nō ē pulchrū
uino? Vinū nanq; siue hoc præsens uini significatū non est pulchrū, cū sit luxuria, siue carnis uo-
luptas: siue cuius ebrietate præeunte nulla unquā ubera præter ubera tua filiū lactauerūt.
Est igitur illud, quod apud hominū scholas dicitur tapinosus, id est humilitas, statū rei ma-
gnæ dictis infirmans. Magna quippe res est uirginitas siue integritas ubere me filium la-
ctantium

Gene. 43.
In uno crine
colli tui,

j. Cor. ij
Maria uotū;
uirginitatis
prima emisit

Gene. jz

Maria fortis
or q̄ iacob.
Gene. 3z

Maria per hu-
militatem ex-
altata.

Congratulas-
tio amicorū,
Iohan. 3.
Psal. 103.

Incarnatio
Chri pulchri-
or plasmatoꝝ
hois. Ge. j. z.

Vbera tua
pulchriora
uino,
Ephe. 5.

Tapinosus.

Stantiu, nec satis laudatur hæc tam pulchra res, dū re maritali siue coniugali pulchrior esse prædicatur, scilicet lactatione filioꝝ quoz initium uinū est, id est, luxuria quæ in uino est: itidem secundū tropū, qui apud homines metonomia dicitur, per id quod continet, ostendens id quod continetur. ¶ Poteram sic dicere, quia sola iuberata tua me laetantia pulchra sunt, cæteraz cuncta ubera fœminaz, ex quo id acceperunt ut filios suos laetare possent, etiam si quid pulchritudinis prius habuerunt, pulchra esse desierit, ita ut re ipsa quilibet lactetium ueraciter dicat. Ecce em̄ in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, scilicet in iniquitatibus Adæ, in peccatis Euz. Nam ex illis iniquitatibus, ex illis peccatis, cū cæteris malis istud quoq; uinū uenit, scilicet luxuriæ nimietas, per quā conceptus mulieris à deo super numeros multiplicentur, ut in comparatione reprobōꝝ electi pauci æstimantur. Quæ aut sunt unguenta tua? Dico em̄, & odor unguentoꝝ tuoz super omnia aromata. Quæ ergo sunt unguenta tua, soror mea sponsa? Eleemosynæ tuæ, quas expendisti in me. Audiunt & audituri sunt amici de quadam muliere, effundente oleū super caput & super pedes dilecti tui recumbentis, & dicunt quæ domus impleta est ex odore unguenti, & intelligunt in illa muliere ecclesiam nostrā, quæ quotiens impendit eleemosynā pauperibus nostris, totiens unguenta sua pedibus meis superfundit, & aromata distribuit. Hæc em̄ sunt aromata uera, unguenta præciosa, esurienti cui libet ex inimicis meis cibum dare, sitienti potū præbere, hospitem siue peregrinantē colligere, nudū uestire, infirmū uisitare, & si in carcere est ad eū uenire. Super omnia hæc aromata est odor unguentoꝝ tuoz, id est, suauitas eleemosynaz tuaz, quia non ut cæteri in mēbris meis, sed in memetipso tu mihi munificentissima extitisti. Et quidem iure materno & naturali affectu tu mihi cuncta debuisti: ueruntamen fidē & humilitatem siue charitatē tuam plus q̄ matrem respicienti mihi, cuncta pro optimis unguentis, cuncta pro suauissimis fuisse eleemosynis, ita ut nulla eleemosynarum aromata, quæcunq; mihi in meis expenduntur minimis unguentis illis ualeant aliquatenus comparari. ¶ Fauus distillas labia tua sponda mel ⁊ lactib lingua tua, ⁊ odor uestimentoz tuoz sicut odor thuris. ¶ Parum erat quod dixit supra, & eloquium tuū dulce: quia nimis parum est, dulcedinem esse in eloquio, nisi dulce sit etiā cor. Tu dulcis in ore, dulcis & in corde. Hoc est quod nunc dico, fauus distillas labia tua subiungēs, mel & lac sub lingua tua, id est, in animā tua. Ibi tibi memetipso dulciter sapit fauus eloqui tui, fauus distillas à labijs tuis, labijs gratiosis. Fauus tuus ego sum, mel tuū & lactum ego sum: quia deus tuus & filius tuus ego sum. Hoc tua sentit anima, hoc tua sonant labia. Aliud loqui non potes, q̄ id quod in pectore habes. Ex abundantia cordis labia tua loquuntur. Et si alijs pro tempore tacuisti, mihi tacere non potuisti. Ex quo me natum uidi disti, me cū deliciata es fauo dulcis eloqui, simulq; osculo oris mei, osculo oris tui, & factū est etiam sic fidei tuæ, spei & dilectioni tuæ: fidei per dilectionem dicentis, osculatur me osculo oris sui. Quid de pannis dicā, quibus me inuoluisti, & in præsepio reclinaueris? Nimirum id quod uerum est, quia odor uestimentoz tuoz sicut odor thuris. ¶ Omnium nanq; uestimētōꝝ, scilicet bonoz operum tuoz, quæ in me materna & plus q̄ materna charitate operata es, panni illi primitiæ fuerunt. Et quia cuncta, quæ tūc in me uel tunc propter me operata es, de magno & ualido charitatis igne cum suauitate humilitatis uenerunt, recte dixerim ego, recte consenserunt amici, quia odor uestimentoz tuoz sicut odor thuris. Sic etenim in omnibus famulata es mihi, mater & uirgo fidelis, tanquam deo, cui soli debetur odor thuris in sacrificio suo, quāuis essem ego paruulus tuus puulus hō.

FINIS LIBRI TERTII.

FRUPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
DE INCARNATIONE DOMINI
COMMENTARIORVM
LIBER QVARTVS.



VID AGIMVS ANIMA: QVARE

tristis es, & quare conturbas me? Ecce in medio nuptiarum sumus, nuptiarum hominis regis, quas fecit filio suo, quae de uirgine incarnari uoluit. Et dicitis mihi illud terrificum, illud ualde pauendum. Intrauit autem rex, ut uideret discumbentes & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi. Amice, quomodo huc intraisti, non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus eius & pedibus, mitte eum in tenebras exteriores. Quorsum tendis? Cur mihi haec ingeris? Times ne quod uestem non habeas nuptialem? Et quidem si de charitate agitur, quod ipsa sit uestis nuptialis, tu ad istas nup-

Nuptiarum
Psal. 47.

Matt. 22.

Autori reuelatio per uisum
nem facta.

Psal. 47.

Gene. 22

Paradysus
terrenus.

Fluuus
paradysi
Psal. 47.

Iohan. 6

tias, ad istarum nuptiarum laudes decantandas, sine charitate non intraisti. Ipsa mater nuptiarum, conscia tibi sit & testis, quod sine huiusmodi ueste non accesseris, cui quondam tecum, ut uidebatur, colloquenti, dum sermonem cum illa conferres de sacris mysteriis, de gloria sanctae & indiuiduae trinitatis, & dicenti: quomodo tu audes loqui de huiusmodi? erat autem haec eius percunctatio facie serena & uultu hilari, ita respondisti. Ego beatam trinitatem diligo, & inde certissime scio, quod de illa loquens, nunquam extra ueritatem aberrabo. Ne igitur tristeris anima mea, neque conturbes me, sed spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, non aberrabo quod esset penes in tenebras exteriores mitti, & sequentem uocem sponsi cum gaudio audi. Hortus conclusus soror mea sponsa es, dei genitrix, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuae paradysus malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Cypus cum nardo, nardus & crocus, fistula & cynamomum, cum uniuersis lignis libani, myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis. Fons hororum, puteus aquarum uiuentium, qui fluunt impetu de libano. Ecce nouus paradysus, nouae plantationes, quas plantauit unus idemque antiqui paradysi plantator, dominus deus. Plantauerat autem dominus deus (ait scriptura) paradysum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitque dominus deus de humo omne lignum pulchrum uisui, & ad uescendum suauis lignum etiam uitae in medio paradysi, lignumque scientiae boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis, ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Ille est paradysus antiquus, paradysus terrenus. Iste est paradysus nouus, paradysus caelestis. Vtriusque plantator & unus idemque dominus deus. In illo posuit hominem quem formauerat: in isto formauit hominem, qui apud ipsum in principio erat. De ista humo produxit omne lignum pulchrum uisui, & ad uescendum suauis. Lignum etiam uitae in medio paradysi: istam humum, istam terram suam benedixit, & ex ea cunctarum germina gratiarum, & cunctarum exemplaria uirtutum produxit: ipsum quoque lignum uitae Christum, deum & hominem, dominum paradysi caelestis. De illo uoluptatis loco egrediebatur fluuius ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. De isto paradiso ille fluuius, siue illud flumen egressum est, de quo Psalmista dicit: Fluminis impetus laetificat ciuitatem dei, qui inde diuiditur in quatuor euangelia. Nec paradysus ille, hominem custodire potuit, nec paradysum illum homo custodire uoluit. Quoniam ergo non profuit illis parentibus primis, nec nobis in illis introductio illa in illum talem paradysum terrenum paradysum, non obseruato praecipio quod acceperunt: iterum plantatur alius paradysus, quem ingredientibus, lignum uitae aeternae comedamus, & non moriamur, & istae sunt emissiones dilectae, super quibus praesenti loco gratulatur dilectus, & ita loquitur. Hortus conclusus, soror mea sponsa es, dei genitrix, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuae paradysus malorum puniceorum, cum pomorum

Cur bis dicitur Hortus conclusus morum fructibus. ¶ Dicitur emiffiones tuæ paradysus, præmisit, ortus conclusus, foror mea sponsa: & iterum, ortus conclusus, ac deinde, fons signatus. Porro emiffionum horti huius illud fuit principium, quod sicut illi nunciauit angelus, concepit & peperit filium. Quid igitur uerbis istis, nisi & concipientis uirginitas, & parientis prædicatur integritas? Proinde dicamus & nos sceliciter cum dilecto, dicamus omnes corde credulo & ore confono. Ortus conclusus es, o Dei genitrix, ortus conclusus, fons signatus. Vnde ortus? Nam inde nominatur ortus quod semper ibi aliquid creet, ortus nunquam sine fructu est. Vnde ergo ortus es tu o dilecta dilecti, nisi quia in te natum est aliquid, quod nunquam deficit, & fructus tuus nunquam marcescit aut deficit. ¶ Maxime autem hoc mirum est, immo uerum atque iocundum, quia de orto prædicatur quod sit conclusus. Quomodo enim ortus, si conclusus? Nunquam simile huic auditum est de omni nostrorum multitudinem ortorum, nec potuit dici uel esse ortus non habens aditum, per quem saltem unus intraret uel exiret ortulanus. Hic ortus unus uel solus est & clausus uel conclusus, hic uterus unus est & fecundus & in fons? Corpore ortus conclusus, mente uel anima fons signatus. Et quare bis dicitur ortus conclusus? Videlicet propter conceptum & propter partum, quia in utroque mirabile est, & fidelium mentibus amabile miraculum, quod neque corrupta es conceptu, neque uiolata partu. In utroque & amici, & omnes adolescentulæ nostræ gratulantur, & utroque libenter confitentur.

Fons signatus ¶ Vnde autem fons signatus, & quo uel quali signaculo signatus? Nimirum ex eo, quod spiritus sanctus superuenit in te & uirtus altissimi obumbravit tibi. Ipse spiritus sanctus signaculum est huius fontis nostri, signaculum pectoris tui. Et hoc est geminum nostræ custodice munimentum, geminum nostrorum amicorum gaudium: quia & uterus tuus nulli uiro, nulli carnali commertio accessibilibus: & mens tua nulli uitio, nulli spiritali nequitia fuit unquam penetrabilis. ¶ Mirum quod cum ita sis ortus conclusus, ita fons signatus, nihilominus, immo & eo amplius, emittis omnia bona, quibus mundus impleatur, & emiffiones tuæ paradysus malorum punitorum cum pomorum fructibus: paradysus scripturarum uel doctrinæ cum bonis & sanctis operibus. Emiffiones tuæ uel paradysus tuus, cyprus cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum uniuersis lignis libani, myrrha & aloë cum omnibus primis unguentis. Herbarum aromaticarum iste numerus. scilicet numerus septenarius, amicis nostris bene est cognitus, quod uniuersitatem significet, maximeque ex spiritu sancto sit sacratus, spiritu septiformi: qui hoc ipsum operatur, requiescendo super me florem primitiuum orti huius Operatur (inquam) hoc ipsum, quod ortus conclusus es, quod emiffiones tuæ paradysus talis & tam pulcher, sicut ex istis aromatum septem speciebus animaduerti potest: inter quas principalis est nardus, unde & bis prædicari uel numerari meretur, cum dico, cyprus cum nardo, nardus & crocus. Nam ipsa est humilitas tua, quæ ualde oblectauit altissimum, oblectauit me regem dilectum tuum, sicut ipsa dicitis: quia dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Quicquid gratiarum, quicquid uirtutum, quicquid operationum cœlestium mundus accepit, emiffiones tuæ sunt: ut ubi erant prius spina & uepres, uepres & carduus, lappa & tribulus, urtica & paliurus, uniuersitas nequiciarum, ibi sit cyprus cum nardo, nardus & crocus fistula & cinnamomum, myrrha & aloë, uniuersitas gratiarum, iuxta numeri huius numeri septenarij sacramentum, cum uniuersis lignis libani, cum omnibus primis unguentis. Quid ibi uniuersa ligna libani? Et prima unguenta quid sunt uel faciunt illic? ¶ Nimirum ligna libani sunt quidam amici nostri, amici illi qui sunt nuptiarum nostrarum filij siue domestici, nihilominus sunt potentia seculi grandes & excelsi, ac per cultatibus dilatati: ita ut ex elemosynis eorum sustententur paruuli nostri, paruuli spiritus alis propositi: quemadmodum in ramis lignorum libani nidificant passerres exigui. Vnde est illud in Psalmo præscriptum. Saturabuntur ligna campi, & cedri libani quas plantauit, illic passerres nidificabunt. ¶ Tales niduli passerum nostrorum, & cunctæ elemosynæ, quæ faciunt uel facturi sunt potentes ac diuites amici uel filij nuptiarum nostrarum, prima unguenta sunt, unguenta miri odoris, sicut significatur ex me dilecto tuo, ubi mulier peccatrix preciosum unguentum emit & effudit super caput uel pedes meos recumbentis & domus replet ex odore unguenti. ¶ Pulchra ualde uarietas siue diuersitas harum emiffionum tuarum

Sola Maria est Hortus conclusus.

Fons signatus Lucae .j.

Emiffiones tuæ paradysus &c.

Nūmero septenario delignatur uniuersitas

Cancl. j.

Ligna libani Christiani potentes

Psalm. 103. Prius unguenta

Ioh. 12. Elemosynas recomendatio

emissionū tuarū huius padis nri ubi & altitudo lignorū libani & hūilitas ois aromatici germinis, qualecūq; decet intelligi, per iam dicta uirgulta numeri septenarij, spectaculum cōspicere poterit, spirātibz in medio primis unguētis. i. cū dīs opibus pietatis, maximeq; eleemosynis, quibus suppleri poterit, quicqd minus spūalis uitæ habuerint tales (ut iam dictū est) nuptiarū nra; domesticū; q̄uis seculi curis ipliciti; nri tñ p̄ fide amici. Sic quondā in tabernaculo dñi saga cilicina byssum & purpuram amica extensione tegebāt: sic semp qui spūabz minus habundāt, carnalia sua spūalibus cōcant, ut iure spūaliū illorū participes fiant. Hæ sunt emissiones tuæ soror mea spōsa, emissiōes orti cōclusi, emissiōes fonti signati, paradisus dei patris. ¶ Hæreditas mea dilecti tui, filij dei, filij tui, opus spūs sancti, ecclesia una de multis emissiōibus tuis, quæ p̄ orbē terrarū distusa, semp in te respiciet, & ad nos clamabit de nobis ipsis, uocē extollēs de turba mulier fidelis, dicēs mihi: Beatus uēter q̄ te portauit, & ubera quæ luxisti. Tu foris ortorū, puteus aquarū uiuentiū, fons (in q̄) ortorū, id ē, mater ecclesiarum, puteus aquarū uiuentiū, id ē, secretarū oim scripturarū sanctarū. Quæ uidelicet aquæ uiuētēs fluūt impetu de libano, id ē sanctæ oēs scripturæ, quæ solæ dicunt & sunt canonicæ manauerūt de pp̄lo antiquo, populo Iudaico. Nobilitas q̄ppe illius ppli p̄ libanū solet mystice designari de quo pp̄lo ego & tu soror mea spōsa scdm carnē sumus p̄geniti, cuius terra terminus ex uno latere est mōs huius nois. Cunctę uiuētēs aquæ de isto libano fluunt, cūcta eloquia dei huic pp̄lo nro, nō quōd cūq; sed cū impetu cucurrerūt. Oportebat enim hmoi aquas cū impetu fluere oportebat eloquia dñi fortiter currere, quia multi nimis erāt q̄ conabantur obfistere, multi nimis adhuc sunt q̄ obnitunt & audēt cōtradidere. ¶ Idcirco amici nri, p̄ quos administrata sunt eloquia dei, oportuit, ut essent nō solū autoritate diuina p̄ditū uerū etiā p̄tate mūdāna p̄cellsi. Qui fere primus uocibus manifestis caniturus erat mysteria regni nri & uirtutes seculi uēturi, oportuit eū regē fieri, regē Dauid, potentē & scdm nomē suū bellatorē manu fortē, ut pueros siue pueriles ppli animos q̄ nescirēt spōte curam habere de futuris & inuisibilibus nimis in hiano p̄sentibus istis uisibilibus, autoritate frangeret regiæ p̄tatis, admixto terroribus blādimento. f. suauitate musici modulaminis. Sicut ceteri amicos nostrorū, p̄ quos eloquia dei manauerūt, ferē oēs fortitudine & terrore armati fuerūt, & oēs gladijs usi sunt, gladijs (in q̄) materialibus necessario armata hmoi aquæ uiuētēs, reuera cū impetu p̄ eos cucurrerūt. Primus uel mitissimus eorū Moyses, cū de nra plenitudine accipies, uiuētēs aquas fundere, id ē, legē sanctā & mysticā scribere inciperet, gladiū arripuit atq; arripui iussit, & uno die uiginti tria milia hoim fabricatorū mēdaciū impetu primo aquæ uiuentis, id ē, acceptæ legis interfecit. Et illi quidē postq̄ t̄paliter administrauerūt, suo quicq; tpe decesserūt: sed p̄seuerat impetus aquarū uiuentiū, in ore & manibus etiā illorū qui nō scripserūt, quorū notissimus Helias extitit, qui uno die quadringētos uiros magno impetu interfecit. A quarū igit̄ uiuentiū puteus. i. sanctarū scripturarū sacrarū, soror mea spōsa tu es, & hinc est qd̄ dico, quia emissiones tuæ parady sus malorū punitorū, cū pomorū iustitibus. Sicut em̄ in initio fons ascēdebat è terra, irrigans uniuersam sup̄ficiē terræ, sicut (in q̄) fluuius egrediebāt de loco uoluptatis ad irrigandū parady sum, q̄ inde diuidit̄ in quatuor capita: sic ex te o amica, o terra benedicta, fons ille ascēdit, q̄ apud deū erat, & uera lux erat sicut scriptū est, qm̄ apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumē. Fons (in q̄) ille ascēdit ex te, nō principiū siue initiū hñs ex te, sed de corde p̄ris p̄ occultas uias cū oibus aqs uiuentibus. i. cū oibus scripturis ueritatis ueniēs in te, & æternū sapiæ fontē siue puteū faciēs in te, atq; hoc mō ascēdit ex te. Ad qd̄ ascēdit, Vtiq; ad irrigandā uniuersam sup̄ficiē terræ, ad instruendā siue excolendā ecclesiā p̄ uniuersum orbē terræ. Ad hoc egredit̄ fluuius de loco uoluptatis. f. ad irrigandū parady sum, ad hoc (in q̄) ex te, o uoluptas siue locus uoluptatis dei, initiū accipiet sanctū euāgeliū, ut p̄ uniuersum mūdū spūalem irriget parady sum, & diuidet̄ in quatuor capita. i. in quatuor necessariæ salutis facta, q̄ uidelicet sunt hæc, incarnatio, passio, resurrectio, atq; ascēsiō mea. Hæc em̄ necessario p̄dicabunt̄ & necessario sciētur, q̄a sine istorū cōfessiōe nō fit nri parady sus, sine istorū fide nō saluatur mūdus. Diuidet̄ (in q̄) uiuētēs aq̄ in ista q̄tuor capita, id ē principalia facta, q̄a uidelicet oēs scripturæ in ista q̄tuor subtilē intendūt, appellādo hæc faciē hois, faciē uituli, faciē leonis, & faciē aq̄le uolātis. Tūc cognoscēt amici, qd̄ etiā añ scripturas uoluerit scriptura legis, di-

Exodi. 16. 36
 Extollēs uocē mulier de turba ecclia
 Luc. 11.
 Aquæ de libano fluētēs scripturæ sacræ.
 Roma. 3
 Conditores scripturarū potēs fuerūt
 Dauid.
 Moyses
 Exodi. 32.
 Helias.
 3. Reg. 18
 Maria puteus aquarū uiuentium.
 Gene. 2.
 Psal. 35.
 Fons diuiditur in quatuor capita.
 Quatuor faciēs quatuor animalium.



Gene. 49 cēdorcatu⁹ leonis Iuda, ad p̄dā fili mī ascēdisti: qđ uoluerit, ordinādo talē ritū uituli facit⁹
Leui. 4. cādi: qđ uoluerit dicēdo Moysi: pphetā suscitabo eis de fribus suis simīlē tui, qđ uoluerit,
Deut. 18 canēdo, sicut aqla puocās ad uolādū pullos suos, & sup eos uolītās, expādīt alas suas, & af
Deut. 32 sumpsit eos, atq; portauit in humeris suis. Et de duabus qđ ē faciebus, de facie hoīs & facie
 uituli, oēs in me cōfentiūt. s. qđ & humanatus sim, & mortalis mortē sustinuerim: sed de fa
 cie leonis, & de facie aqlae uolātīs, nō oēs sūt consentiunt, uidelz qđ & resurrexerim, & in
 coelū ascēderim. ¶ Sic & de duobus capitibus fluij, de loco uoluptatis egrediētis, & in q̄
 tuor capita diuisi. s. de fluuio Gyon, q̄ apud aegyptios Nilus uocat, & de fluuio Phison, q̄
 & Gāges dī, negari nō p̄t, qn exeāt de illo padylo terrestri: de duob⁹ uero cāteris scriptores
 mūdani scripturā nām redarguere conant, dicēdo, qđ nō ita sit, ut ip̄a dicit, eo qđ illi. s. tigris
 & Eufrates in Armenia manare uideant, uno fonte exorti: nō intelligētēs neq; aiaduētēs
 tes: qđ scriptura nō dixit, qđ fluius ille padyū in ipso padylo incipiat in q̄tuor capita diui
 di: sed flui⁹ (ingr) egrediebāt de loco uoluptatis ad irrigandū padysum, q̄ inde diuidit in q̄
 tuor capita. i. in oēs fluiuales atq; dulces & potabiles aq̄s, quaz̄ capita sunt ista flumīa prin
 cipalia. ¶ Aquaz̄ etenī suapte natura falsae erāt & amarae: ascēdēdo aut̄ p̄ illā q̄ntā terrā mā
 mā. s. padyfiacā terrā, uersae sunt i dulcedinē, ut irrigarent uniuersam terrē sup̄ficiē, ip̄sēq;
 dulces atq; potabiles captiuos (qđ futuz̄ erat) gñi hūano, terrā extra padysum faceret habita
 bilē. s. herbag; lignoz; seminūq; feracē: & iter aq̄s cāteras, q̄ ex illa māma dulcorē accepe
 rūt, illa flumina Gyon & Phison, Tigris & Eufrates p̄cipua sunt. ¶ Sicut aq̄ scripturaz̄ ex te
 soror mea sp̄sā dulcescūt, ex utero tuo siue p̄ uterū tuū uiuētēs factae sunt. Alias aut̄ ualde
 amarae, imō & mortuae atq; mortificatēs sunt. Lsa em̄ occidit, ait qđ amicoz̄ nōz̄. Etenī
 qđ aliud est qđ Moyses loquitur, quicqđ de prophetis legitur apud filios matris nrae, q̄
 pugnat cōtra te, nisi lsa sine spū, sine aia corpus: lccirco bibentes aquas mortuas, moriunt
 tur. Legētes & sequētes solā occidētē literā, occidūt. Quo tandē fiet istud? Quo plantabi
 tur siue dilatabitur talis emissio nū tuaz̄ paradysus. Surge aquilo, & ueni auster, per
 fla hortū meū, & fluent aromata illius. Surge aquilone & flante auctro, sicut ad.
Aquilo dia Quis ille est aquilo? Ille nimirū qui dixit, ab aquilone pandetur malū sup omnē terrā. Ipse est
bolus est.
Esa. 14 nis. Ille de quo dictū est p̄ prophetā, ab aquilone pandetur malū sup omnē terrā. Ipse est
Here. 1. serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanas. Vnde iste talis aquilo surget: Quo sur
Apoc. 12 get? Surge de occultis insidijs, ubi iacebat olim, & serpebat lubricus anguis, qn primā
Serpens. mulierē decepit, quē admodū illa dixit: Serpēs decepit me, & comedi. Non ibi surrexit, ut
Gene. 3. impugnaret, sed serpe dō sibilauit ut deciperet. Vires quippe nō habebat priusq̄ cōsensum
 uoluntariū p̄beret ei mulier, quā deus innocentē fecerat. Inter te & illū, soror mea sponsa,
 deus inimicitias posuit, & iccirco de te oīno desperauit, imō de fraude sua de dolo siue arti
 bus suis aduersum te nihil habet spei ut decipere possit. Dico ergo illi: Surge aquilo. Quid
Draco iaces in terra? Quid insidiaris calcaneo nōz̄? Nil proficis insidiādo, Potius surge, uiribus u
 tere, & toto malignitatis impetu debacchare. Egisti olim ut serpens, age nūc ut draco ma
Apoc. 12 gnus, draco rufus habēs capita septē. ¶ Nō quasi imperans dico, sed p̄mittentis animo lo
Surge, nō im quor. Tu em̄ iam dudū surgere cepisti, nec aliud est nisi ac si dicā, age qđ agis, surge q̄ sur
peratiue, sed gis debacchare qđ debaccharis. Qñ em̄ surgere cepisti? Nimirū ante q̄ hieret hęc altera mu
pm. siue dī. lier, cōtra quā decipiēdo nihil poteris. Vbi uerbū promissionis, q̄ nunc impletur, audisti,
Gene. 22. qđ ad Abrahā dictū est, in semine tuo benedicētur oēs gentes: statim surrexisti, qđ p̄dictas
 inter te & mulierē, inter semen tuū & semen illius inimicitias adesse p̄sensisti. ¶ Surrexisti,
 caput erexisti, caput primū regnoz̄ Aegyptioz̄. Dixisti em̄ loquens in Pharaone. Quis
Exo. 1. qđ masculini sexus natū fuerit, occidite, & in flumen proijcite: quicqđ fœminei, reseruate
Exo. 15. Et cātera his similia, usq; dū dicerēs psequens abeūtes, euaginabo gladiū meū, interficite
 eos manus mea. Ita qđ serpens deceptor fueras, draco p̄secutor factus es, draco magnus dra
3. Reg. 12. co rufus, id est sanguineus. Post illud primū caput tuū, secundū caput erexisti occidēdo p
4. Reg. ult. manus lezabel & stirpis eius p̄cones mysterij huius, p̄nuncios huius sacramētū prophetas
 dñi. Deinde tertiū caput in Nabuchodonosor rege Babylonis, deinde quartū i regno Per
Hester. 3. saz̄ & Mædoz̄ p̄ Aman, qđ genus nām delere uoluit, ne eēt unde possēm ego nasci: dein
 de quintū in regno Græcoz̄ p̄ Antiochū Epiphanē caput erexisti, & ita iā qnq; uicibus o
 aquilo

aquilo surrexisti. Sextū caput nūc est, scilicet regnū Romanorū: septimū nōdū uenit, uide
 licet regnū Antichri. Surge igit aglo. i. age qd agis, nō em p̄cipio ut agas malū qd nūq̄ e
 geris: sed p̄mitto surgere, q̄a uis. Excute hoc sextū caput tuū, effice ut tradat hoc semē mu
 lieris in manus Romanorū. ¶ Ita surge aglo, & ueni auster, ueni sancte spūs, cui diabolus
 aglo cōtrarius ē, p̄fla hortū meū, & fluēt aromata illi, fietq; qd aū dixi emissiōes tuæ para
 dyfus, qd nūq̄ ita factū est. Nunq̄ em o auster ita cōtra aglonē uenisti, ut p̄flādo hortū me
 um nouū faceret fluere paradysum. i. nouā propagari ecclesiā de multitudine gētiū. **L. Ge**
riat dilectus meus in hortū suū, ut comedat fructū pomorū suorū. ¶ **Vt dilectus me**
mihi loquitur, ita est. Ego hortus, ego fons hortorū, ego fons signat⁹, ego gr̄a eius pute⁹ aqua
rū uiuētū, & emissiōes meæ p̄adyfus malorū, punicorū. Veniat ergo ipse in hortū suū, ut co
medat fructū pomorū suorū. ¶ **Nō, quō Eua inuitauit uirū suū, ego inuito dilectū meum?**
¶ Illa inuitauit uirū suū ad comedēdū pomū, nō suū, pomū alienū, pomū interdictū: ego in
uito dilectū meū ad hortū suū, ad comedēdū fructū pomorū, nō alienorū, sed fructū pomorū
suorū, quēadmodū dicit meus cibus ē, ut faciā uolūtate patris mei, q̄ uidelicet uolūtas pa
tris salus & uita ē ḡnis hūani, qd ipse plasmāuit, qd b̄ndixit, qd p̄ditū reparauit. Et qd tā p̄
prie suū inter oēs fructus pomorū suorū, quā ego, q̄ sum prima de primicijs pomorū, imō
etiā fons hortorū? Veniat igit in hūc hortū suū, & me transferēdo in illud tertū cōclū, in il
lū tertū paradysum, q̄ abijt, q̄ me uidēte, ascēdit, comedat fructū pomorū suorū: p̄ficiat, ut
q̄ in finem p̄ducatur gr̄am eorū, q̄ in me celebrata sunt, operū suorū. Ex q̄ in cōclū abisti, cre
bro reuerteris in illū, quē dicis, p̄adysum emissiōnū mearū, et comedis de pomis punicis, q̄
optima sunt inter primicias earū ē emissiōnū mearū. Tot em iā comedis fragmina malorū
punicorū, q̄t beatas aias martyriū cōfessorūq; tuorū hinc assumis, & trāsfers in illud uitae
sempiternae secretū. Quā ita uenies in hūc hortū tuū, ad istū quē dicis fontē hortorū? Quā
do ita uenies ad me, ut ubi tu es, illic ego tecū sim? ¶ **Veni in hortū meū, soror mea spon**
sa, melli myrrhā meā cū aromatibus meis. Comedi fauū cū melle meo, bibi uinū
meū cū lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimū. ¶ Omnia q̄ ge
neri hūano ad salutē siue restauratiōē ipsius erat necessaria, ego te silente p̄feci, soror mea
sponsa: nūc me quiescēte tibi debet aliqua eiusdē opis portio tua. Quid tm̄ ad requiē tuā fe
stinas? Ego nascēdo, moriēdo, resurgēdo, & in cōclū ascendēdo, salutē mūdi opatus sum:
nūc cū amicis & testibus meis te supelle oportet, & oim q̄ facta sunt idoneū p̄hibere testi
moniū, cū necessaria opatione signorū atq; uirtutū. ¶ Diligēter auscultet amici, & enarrēt
oibus nuptiarū nostrarū filijs, quatuor ista q̄ facta sunt, q̄a ueni in hortū meū, & q̄a melli
myrrhā meā cū aromatibus meis, & q̄a comedi fauū cū melle meo, & q̄a bibi uinū meū cū
lacte meo. Descēdēdo q̄ppe in uterū tuū, & assumēdo carnē ut uerus hō nasceret, q̄ uerus
deus erā, ueni in hortū meū: moriēdo atq; ad infernū descēdēdo, reuersurus cū oibus san
ctis & electis meis, q̄ me expectabāt ab origine mūdi, melli myrrhā meā cū aromatibus
meis: resurgēdo comedi fauū cū melle meo: ascēdēdo in cōclū, bibi uinū meū cū lacte meo
¶ Descēdēdo (in q̄) in uterū tuū, hō factus ego, ueni in hortū meū. Quid em nō meū? E
go q̄ppe ego ipse sum uerbū p̄ qd oia facta sunt & sine q̄ factū est nihil, Et ille paradyfus,
de q̄ scriptura dicit, plantauerat autē dñs deus paradysum uoluptatis à principio, p̄ me plāta
tus ē: & tu hortus alius hort⁹ cōclusus, p̄ me factus es: & uniuersus emissiōnū tuarū p̄ady
fus p̄ me plātatus siue plātādus ē. Propterea dixi hortū meū. At nō sic ille prim⁹ hō, de q̄ sic
scriptū est: Tulit ergo dñs hoiem, et posuit eū in paradysum uoluptatis, ut operaret et cu
stodiret illū: nō (in q̄) sic ille dicere potuit, ueni in hortū meū. Nō em paradysum ipse fece
rat siue plātauerat, sed nec in paradyso ipse formatus fuerat. Ego et hortū feci, et in horto na
tus sum, et ut alijs uerbis utar, ego et ciuitatē cōdididi, et in ciuitate natus sum, sicut scriptū est
Homo natus ē in ea, et ipse fundauit eā altissim⁹. Nō suus paradyfus erat, atq; eo magis o
perari, et cōmissum custodire illū cōdecebat. Qd q̄a non fecit, necessariū erat, ut uenire ego
in hortū meū, et ultra debitū operādo ac seruiēdo, corrigerē illius peccatū, q̄ nec operatus
est debitū. Quomodo correxi? ¶ **Melli myrrham meam cum aromatibus meis, I**
id est expandi manus meas in cruce, hoc fructū, ut saluarentur omnes mei, quos ille, me
tendo mortē aīe suae, perdidit. ¶ **Dictū quippe fuerat illi, De ligno autē sciē boni et mali ne**

Macha. j.

Auster est spi ritus sanctus.

CAP. V.

Aliter Eua, a liter inuitauit Maria.

Iohan. 4.

z. Cor. 3. 1. Act. 1.

Iohan. 4.

Quatuor, fecit precipua Christus.

Gene. 2.

Ibidem.

Pfal. 86.

Gene. 2.



comedas, i q̄cūq; em̄ die ex eo comederis mortem orieris. Nō obediuit, imō iobediēs man̄
 in cōtinētes ad uetum extēdit Hoc illi metere fuit, seminauerat em̄ impiā cogitationē, nū
 mens intus, & cogitās eē sicut deus. Hoc illi (in q̄) illi metere fuit, nō myrrham, sed gehēnā,
 nō mortē corpis, q̄ nūc interdū p̄ciosa est, sicut dicit P̄salms: p̄ciosa in cōspectu dñi mors
 sanctorū eius, sed mortē aiā q̄ mors mala ē, sicut itē dicit P̄salms: mors p̄clorū pessima.
 Mortē illā messuit, morte illa statim mortuus fuit, ubi pomū de arbore rupit & momordit,
 iuxta ueritatē dicētis, in quocūq; em̄ die comederis ex eo, morte morieris. Ego autē messuit
 myrrhā meā, s. corpis solā mortē, mortē p̄ciosā. Seminauerā aū iustitiā, seminauerā humi
 litatē & obediētā sp̄otancā, cū essem ego nō, ut ille, tm̄ hō sed & deus & hō. Cōsiderabā ill
 lud unde p̄fe minor eēm. s. naturā carnis, sicut scriptū est: minuiſti eū paulominus ab ange
 lis, & scdm̄ illā naturā ita iustitiā ordinē tenui, ut in oibus subditus eēm, & obediēs p̄i, tanq̄
 minor maiori, hō deo, creatura creatori, scdm̄ legē Moyſi. Exēpli gr̄a. Ter in anno appare
 bit (inq̄) om̄e masculinū tuū corā dño deo tuo. s. in solēnitate azymorū, in solēnitate primi
 tiuorū mēsis, & in solēnitate exitus anni, q̄ est solēnitas tabernaculorū. Hęc em̄ pars iusti
 tiā siue obediētā maxime mihi seminariū myrrhæ fuit: q̄ exinde in inimicis meis oportu
 nitas uenit, me interficiēdi, dū sciēs eos tractare mortē meā, nihilominus, p̄pter p̄ceptū le
 gis ascēdi Hierosolymā. Ita factū est, ut meterē myrrhā meā cū aromatibus meis. i. ut per
 obediētā puenirē usq; ad mortē, mortē autē crucis, cū qua & p̄ quā oia traxi ad me, & acq̄si
 ui oēs electos meos à cōstitutiōe mūdi. Quid deinde? **L** Comedi fauū cū melle meo. **I**
 surrexi à mortuis, recepi carnē meā nō ultra moriturā, sp̄q; uicturā cū uerbo sibi unito, uer
 bo deo, qd̄ sum & erā ego. **M**irāda oppositio, mirabilis correctio. Ille primus hō requirit
 tus siue redargutus de p̄ctō suo, qm̄ semetip̄m defendit, nō solū mortē aiā, quā incurrat,
 nō euasit, uerū etiā mortē corpis insup acq̄siuit, dicēte deo, q̄a puluis es & in puluere reuer
 teris. Ego autē, qm̄ tradidi p̄ p̄ctō, nō meo sed alieno, memetip̄m, obediēs p̄i, nō solū uitam
 aiā nō amisi, quasi p̄pter maledictū legis dicētis, q̄a maledictus à deo est, q̄ p̄det in ligno
 uerū etiā uitā carnis cito recuperauit, & ecce sum hō in utroq; . s. in corpe & in aia uiuus, cō
 tra q̄ ille fuit in utroq; mortu⁹. Ita q; & mel meū cū fauo meo, & fauū meū cū melle meo cō
 medi: q̄a mel meū fauū suū recognouit, & fauus meus melle meo respirauit, ita ut nulla un
 quā myrrha interfluere possit. i. uitā & uerbi, qd̄ ego sum sempiterna dulcedo carnē meā
 rurſus dulcorauit, & caro in diuinitatis gloriā trāſiuit, ita ut ipsa iā mori uel mors ei domina
 ri ultra nō possit. Hoc factm̄ nesciebāt adhuc amici n̄ri, qm̄ rediuiuus apparēs eis, dixi: Ha
 betis hic aliqd̄ qd̄ mādūcēt, & tūc obtulerūt mihi partē piscis assi & fauū mellis. Comedi co
 ram eis non prius fauū mellis, & deinde partē piscis assi, sed prius partē piscis assi, & deinde
 fauū mellis, & sumēs reliquias, dedi eis. Hoc signo edocēs, qd̄ & ipsi exēplo meo prius pal
 onibus atq; p̄ſuris deficcādi, ac deinde fauo cōsurgēdi mecum foret faciādi. **S**imiliter
 & inimici mei nesciebāt factm̄ dicti huius, qd̄ dixi, & nūc dico, messui myrrhā meā cū aro
 matibus meis, & nihilominus dabāt mihi bibere uinū myrrhatū uinum cū felle mixtum.
 Post illum resurrectōis fauū ista est gl̄iā & honoris cōsummatio, q̄a bibi uinū meū cū la
 cte meo, id ē, lactificatus sum ascēsiōis gaudio, cōpleta scriptura, quē dicit: Lactificabis eum
 in gaudio cū uultu tuo. Nā ego sum ille rex, de quo dicebat: Dñe in uirtute tua lætabit rex,
 & sup salutare tuū exultabit uehemēter. **I**lla lætitia, illa uā hemēs exultatio, ista est quam
 nūc dico, bibi uinū meū cū lacte meo, Ascēdi em̄ in iubilo, & inde nō solū lætati cor, uerū
 etiā exultat caro, & idcirco dixi bibi uinū meū cū lacte meo. Hoc uinū meū obliuione mi
 hi fecit laborū p̄teritorū, iuxta illud. Da ficerā m̄ cōrētibus, o Lamuel, & uinū his q̄ ama
 ro sunt animō. Bibāt & obliuiscant egestatis suæ, & doloris nō recordent amplius. Bibi &
 bibendū dedi his, q̄ amaro meū fuerūt animo, uinū cū lacte meo. Biberūt & obliuiscunt ege
 statis atq; doloris: egestatis, quā prius egentes fuerāt, ut pote hoies sine l̄tis & idiotæ: doloris
 quo propter passionem meam doluerāt, sicut p̄dixeram eis iam hora passionis immittēte.
 Sed q̄a hęc locutus sum uobis, tristitia ipleuit cor uestrū. Itē, Et uos igit nūc quidē tristitiā
 habetis: Iterū autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, & gaudiū ur̄m nemo tollet à uobis
 Hoc sacramentum nescientes qui uidebant & audiebant eos. s. quod bibissem ego & quō
 standū p̄buissem illis uinum meū cum lacte meo: dicebant, nescientes quid loquerent,
 ipsi. q̄a

Pfal. 119.
Pfal. 35.

Pfal. 8.
Obedia
Christi scdm̄
legē Moyſi
Exo. 23

Phil. 2.
Iohan. 12
Ephē. 5.

Adā utramq;
mortē icurrit
Chrus utraq;
uitā recupera
uit

Gene. 3
Deut. 27
Fauus cū mel
le in resurre
ctiōis gloriā

Lucæ. 24

Mysteriū uini
myrrhati

Mar. 15.
Iohan. 19

Pfal. 20.
Ibidem.
Vinū & lac in
ascēsiōis gau
dio. Pfal. 48

Prouer. 31

Actu. 4.

Iohā. 19

quia musto pleni sunt isti. ¶ Deniq; spm̄ sanctū dederā illis spm̄ paracletū, qui unus idēq; est, & unū meū, & lac meū, unū meū, quia gaudiū de presentibus bonis: lac meū, quia cōsolatio de prateritis malis: unū meū, quia dilectio dei: lac meū, quia dilectio proximi. Et dicebam eis. **Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi.** ¶ Quid comedetis, & quid bibetis? Nimis reliquias, quas ego sumens dedi uobis, reliquias faui mei & mellis mei, reliquias uini mei, & lactis mei, nō sine reliquijs myrrhæ meæ, uel piscis assi mei. ¶ Nō quō serpens mulierē Euam, & mulier uirū suū inuitauit ad comedendū, ego inuito uos ad atq; bibitōis appono uobis antidotū. Serpens nō dabat illis de suo, sed suadebat rape de alie; nō: ego do uob de pprio, de fauo & melle meo, de uino meo & lacte meo, imō & de corpe meo de sanguine meo simul & de spiritu meo. Spūs hic ueritatē loquit uobis cōtra mendaciū qđ serpens loquebat illis. & de spiritu meo. Spūs hic ueritatē loquit uobis cōtra mendaciū qđ serpens loquebat illis. Scit em̄ deus, quia quocunq; die comedetis. Hoc dicens, ille spūs blasphemix, magnā deū asseruit cōtra hoīem habere inuidiā. Iste autē spūs ueritatis, qđ dicit uobis: Scit em̄ dei filius, quia si manseritis in illo, & ipse in uobis, eritis sicut filij dei, eritis oēs filij excelsi, quia aperient oculi uestri, aperient uobis sensus, ut scripturas intelligatis, & idcirco dixit uobis: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Hoc dices iste spūs gratiæ magnā circa nos insinuat dei beneuolentiā. Comedite igit amici & bibite, & inebriamini charissimi. Hoc unū de similibus loquor uobis, de sibi serpens. Nō em̄ sine causa dixi, Et sicut Moyses exaltauit serpētē in deserto, ita exaltari oēs filij hoīs, ut om̄s q̄ credit in ip̄o, nō peat, sed habeat uitā eternā. Nō (in q̄) sine cā dixi, q̄ uidelicet ecce loqr̄ uob unū de sibi serpens. ¶ Qđ ē illud unū de sibi? Comedite (in q̄ ille) & eritis sicut dii, comedite & bibite (ego dico) & eritis uos gratia, qđ sum ego natura, i. filij dei. Neq; illi uidelicet primi hoīes in fructu ligni uetiri uidebāt hoc qđ audiebāt, scilicet, diuinitatis effectū, neq; uos uidetis in pane & uino corporalibus oculis, sic esse ut dico, corpus & sanguinē meū. Illi uidebant solummodo arboris pomū, uos uidetis solumō panē & uinū. Plus ille serpens, q̄ uideret, credi sibi met uoluit, & creditū est illi: plus & ego mihi ut credatis exigo, q̄ uidere possitis corporeis oculis, & credendū est mihi, ut quo ordine mors introiuit, eodē foras mittatur, & uita sublata male credulus, bene credētibus recuperet. ¶ Quo em̄ ordine uita sublata est, & mors introiuit? Eo uidelicet, ut morte animæ præcedēte, mors carnis subsequeret. Nam quo die comedunt primi hoīes uetitū, eodē morte anime, morte peccati mortui sunt: & deinde morte carnis, suo quoq; die uel tpe in puluerē reuerſi sunt. Ibi uos quoq; amici & scdm̄ animā mortui & scdm̄ carnē mortales facti estis. In Adā q̄pe om̄es moriuntur, & hoc scienter unusq; uestrū cōfiteatur. Nunc autē qđ spūs dicit? Eleuare eleuare, consurge Hierlm̄ quæ bibisti de manu dñi calicē eius, & usq; ad fundum calicē soporis bibisti, & potasti usq; ad fæces. Duo sunt quæ occurrerūt tibi: Vastitas & cōtritio, & fames & gladius. Filij tui, piecti sunt dormierunt in capite omnium platearū sicut bestia illaqueata: pleni indignatōe domini, in increpatione dei tui. Quam dicit indignationem domini, ipsa est mors animæ, & quam dicit increpationem dei tui ipsa est mors corporis, & ipsa est calix quem bibisti (inquit) de manu domini, subauditur increpantis atq; dicētis: In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertaris. Nam calicem mortis animæ bibisti, non de manu domini de tui, sed de manu serpentis anti qui inimici tui. Mortis corporeæ calicem idcirco bibisti de manu domini, quia sublata uita animæ, uita corporis si perpetua fuisset, nimis esset inutilis. Hęc duo occurrerunt tibi, inquit. Ac deinde subiungit. Idcirco audi hęc pauperula, & ebria non à uino. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. Non adijcies, ut bibas illam ultra. ¶ Hoc agit nunc o charissimi, dum dico uobis: Comedite amici & bibite, & inebriamini: Amici (inquam) & Charissimi. Iam enim non dico uos seruos, sed amicos meos: quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Idcirco non dico chari, sed dico charissimi, quia charitas erga uos maxima mihi est, quia maior esse non pōt. Maiorē em̄ hac dilectione nemo habet, quàm ut animā suam ponat quis p̄ amicis suis, Hoc ego facio.

Act. 2
Spūs. & uis
nū & lac dicit

Alit Chrs, alit
serpens inuita,
uit ad comes
dendum

Veritas Chri
opposita mē
dacijs serpentis
Gen. 3.
Ioh. 17.
Psal. 87

Lucæ. 24.
Matt. 26

Ioh. 3

Varia sicut
do inter dicta
utriusq;

Mors animæ p̄
cessit morte
corporis

i. Cor. 15
Esa. 51

Gen. 3.

Esa. 51

Inebriamini
Charissimi,
Ioh. 15.

Nam ec

Ordo mittendi foras mortem.

Iohan. 6.

Ibidem. Quæstio.

Exodi. 16. 1. Cor. 10. Responso.

1. Cor. 11. Cur i ultima coena, & non prius, dedit Chr's corp'is & san. sacm.

Iohan. 17.

Luca. 22.

Roma. 8. Qualis ebrietas apforum.

Iohan. 2.

1. Cor. 7.

Psal. 137.

Nam ecce dū morior, dū ad mortē trador, iamq; uēditus in morte agonizor, corpus quoq; meum comedendum, & sanguinem meū bibendum uobis appono, ut sicut iam dixi, quo ordine mors introiuit, eodē foras mittatur de animabus & corporibus uestris. Primo quippe foras mittitur mors animæ, dū comeditis & bibitis sacramentū mortis uel passiōis meæ; quia sicut quodā loco dixi, qui manducat me, ipse uiuet propter me. Post hoc foras mittitur mors corporis, scilicet quando omnes resurgitis: quod & uos me primo resurgente fideliter creditis, sicut itidē ego dixi de illo, qui manducans me, uiuit propter me, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Dicit aliquis. Sancti itaq; patres uestri, quomodo uiuet qui non comederunt neq; biberunt hoc uitæ sacramentū, nisi tantū in figura & in generatione una, quando Manna in deserto comederunt, & aquā de consequente eos petra, biberunt. ¶ Ad hæc inquam. Sicut uiuentibus uobis pro modo uestro, ita & defunctis illis pro modo ipsoꝝ, sapientia dei prouidit, eandēq; mensam parauit. Si quidem dissipati sunt illi, quoniam animæ quidē apud inferos sunt in requie spei, corpora uero requiescunt in sepulchris, dissipabor & ego panis uiuus qui de cælo descendi: & anima quidē ad animas illoꝝ, corpus uero descendit ad corpora ipsoꝝ, scilicet in eius terræ uentrem, quo illa recepta sunt. Mox animæ illoꝝ reuiuiscunt uita plena atq; perfecta, cuius in spe aliquatenus uixerunt in nouissima autē die uobiscū resurgent resurrectione corpoꝝ. Atq; ita fiet quod dicit aliquis uestrum, quodq; firmiter tenet fides omnī uestrum, quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. ¶ Hoc tantæ salutis sacramentū ab initio non feci uobis, hunc cibū potumq; uitæ æternæ hæcenus non porrexi uobis, cum ambularetis mecū ad prædicandum euangelium regni dei. Non em̄ tempus erat, neq; odor polcebat, ut uobis cibus aut potus daretur nouæ salutis priusquā mundarem̄ini, priusquā deleteretur macula uestra, macula reatus antiqui, quam contraxerunt comedendo uetitū, uobiscūq; omnibus nascituris intulerunt iam dicti homines primi parentes uestri. Mundari autē aliter neq; uos potuistis, neq; potuerunt ueteres amici nostri, sancti antiqui ab origine mundi, nisi per effusionem sanguinis mei, per lauacrum regenerationis, scilicet sanguinis & aque de latere meo decurrentis. Non igitur ante uobis facere aut dicere debui, accipite & comedite amici, accipite & bibite charissimi: non in quā ante, sed in ipso articulo passionis meæ, uel mortis, qua emundati estis, unde & dico uobis, quia & uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Nam quia credidistis, & quia permansistis mecū in tentationibus meis, iccirco ex quo ego cœpi agonizari, uos cœpistis emundari: ac proinde, sicut iam mūdis, sicut emundatis à peccato originali, quod primus homo per cibum contraxit, hunc cibum & hunc potum feci uobis, apponendum cæteris amicis & filiis nostris post uos nascituris, hoc ordine, ut & ipsi prius lauentur aqua baptismatis, quæ post sanctificationem uerbicum signaculo crucis siue exorcismo passionis meæ uel mortis, non erit alia, sed eadem, quæ cum sanguine meo de latere meo iam mortuus profundam, percussus lancea militis, & tunc demū particeps fiat cibi huius ac potus eo modo quo tradidi uobis. Inebriamini igitur charissimi, inebriamini inquam, ita ut egestatis uestre obliuiscamini, & doloris amplius non recordemini. Nam corpus quidem mortuū, id est, certissime mortuū est propter peccatum: spiritus uero uiuit propter iustificationem. Et ipsam mortem & omnes modos siue species mortis atq; pœnarum, quicquid doloris & quicquid gaudij, quicquid tristitiam & quicquid spei, mundus habere siue inferre potest aut potuit, obliuiscimini charissimi præ ebrietate uini uestri, præ abundantia spiritus sancti, præ dulcedine nuptiarum nostrarum, nuptiarum præsentium, quibus interesse meruistis, quarum festiuitatem uidere primū meruerunt beati oculi uestri. Vos em̄ estis conuiuæ nuptiarū præcipui, qui primi omnium aquam uinum factum gustare meruistis. Si quidem iam hoc ipsum, quod non habetis tristitiam siue dolorem seculi, quod contemnitis gaudium mundi, quod timorem hominis non timetis, quod non in homine speratis: quæ uidelicet quatuor passionis aquarum mortuæ, imò & aquarum mortuæ, quædam capita sunt: sed solummodo secundū deum contristamini, solummodo in spiritu sancto gaudetis, solum deum timetis, & in solo deo speratis: iam inquam hoc ipsum est præ gustare factum ex aqua uinum, & ebrietatis initiū: ueniet autē facietas, perficietur ebrietas post hoc, iuxta illud in Psalmo. Inebriabitur ab ubertate

ab ubertate domus tuæ & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Ecce hæc sunt soror mea
 sponsa quæ feci, quæ quæ dixi amicis & charissimis meis, ueniens in hortum meum, metens
 (ut iam dixi) myrrham meam cum aromatibus meis, comedens fauim meum cum melle
 meo, & bibens uinum meum cum lacte meo. Cæterum quod optas & dicis, post hæc om-
 nia, ueniat dilectus meus in hortum suum ut comedat fructum pomorum suorum, hoc
 desiderans, ut te, quam dixi hortum conclusum, cuius emissiones sunt uel esse incipiunt p-
 mundum uniuersum parady sus malorum punicorum: te inquam hortum cõclusum, fontem
 remque hororum, mox accipiam ad me ipsum: ut ubi ego sum illic & tu sis mecum: hoc ni-
 mirum ratio differre postulat, uidelicet in primis, ne uacet huic mundo dicere, quod nun-
 quam mulierem uiderit, de qua nouum hoc audit ex euāgelij nostri prædicatione, quia mi-
 sit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. ¶ Pulcherrimum atque ordinatiss-
 simum est, quod dum aduersarij nostri libros baiulant secum, dicentes siue scriptum habet
 res: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel: & amici
 nostri prædicant in ista plenitudine temporis hoc esse perfectum, sequentibus signis ad cõ-
 firmationem dictorum: tu quoque ades media librorum præcedentium atque prædicatorum
 signorumque subsequentiū: tu inquam uirtutum operatrix, ac totius sanctæ magistra res-
 ligionis: qualem nunquam oculus uidit, qualis ab initio, quando Eua facta est, nõ fuit, nec
 est, nec erit in cogitationibus suis, in uerbis suis, in factis suis, in omni odore suauitatis, in
 omni flore & fructu honoris & honestatis. ¶ Ecce uenturi sunt homines spiritus contra-
 rii, spiritus contra semetipsam diuisi, & contra conclusionem horti mei, contra uirginitatē
 ueri mei, contra paradyfiacas emissiones tuas, multa ac diuersa, imò & contraria dictu-
 ri, uidelicet Carpocratiani, Valentiniani, Appollinaristæ, Pauliani, Iouinianistæ, & alij
 spiritu erroris seducti siue seducendi, per quos serpens antiquus sibilabit, ut dicant, alij me
 hominem fuisse tantum & utroque sexu progenitum: alij me nihil corporis assumpsisse ex
 te, sed transisse per te quasi per fistulam: alij non me hominem uerum, sed in phantasia ap-
 paruisse, hominem phantasticum: alij non semper me fuisse, sed ex te sumpsisse initium:
 alij filios te ex Ioseph suscepisse post me natum. Tam diu igitur differri te oportet & deti-
 neri in pegrinatione ista, donec interimas & istas et cæteras hereses uniuersas, narrando si-
 deliter, quod prædicetur & scribatur ueraciter: narrando inquam prout tempus & causa
 postulauerit, quod non me ex uiro, sed ex superueniente spiritu sancto cõceperis, quã
 non ita per te, quasi per fistulam transierim, sed de ipsa carnis tuæ substantia ue-
 ram carnis substantiam suscepim, quod non phantasticū, sed uerum &
 uere humanum corpus acceperim & in cœlum leuauerim, quod
 non ex te initium sumpserim, sed ante te, imò & in principio
 ante omnia secula deus dei uerbum ego extiterim, &
 quod post me natū, semper uirgo sis, iux-
 ta quod Ezechieli prophetæ dictum
 fuit, quia porta hæc semp clau-
 sa erit. Portas istas
 & omnes
 eiusmodi emissio-
 nes tuas, tempus tuum e-
 rit, ut cum anima tua faciam id quã
 summopere desiderans dicis, ut ueniat dile-
 ctus meus in hortum suum, ut comedat fructum
 pomorum suorum.

FINIS LIBRI QVARTI.

Plalm. 115

Iohan. 14.

Gala. 4.

Esaia. 7

Marc. ult.

Ecci. 24.

† tui

Ezech. 44.

RVPERTI ABBATIS
 TVITIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
 DE INCARNATIONE DOMINI
 COMMENTARIORVM
 LIBER QVINTVS.

als t dicētis.

Cur Maria
 nō elegit sibi
 uitā solitariā
 sicut Helias.
 Psal. 54
 3. Reg. 18. & 19



1. Corin. 13

supra. c. 4

Ecc. 24.
 Luc. 10.
 Ego dormio,
 & cor meum
 uigilat
 Psal. 45.

Sōnus Iacob.

BEATA MARIA VOCEM SPONSI
 iam dudū audierunt, non solum amici uerū etiam adole-
 centulæ q̄ plurimæ, pulchritudinem tuam laudantis &
 dicentis, quia tota pulchra es: & adhuc t̄ adijcientis, absq̄
 eo quod intrinsecus latet: Quid est illud quod intrinsecus
 latet, nisi optimus intentionis siue conscientie thesaurus?
 Hoc em̄ ferē omnes nos latet, dum legimus, quia tu reli-
 gionis & fidei magistra cum beatis apostolis conuersata
 es, cū hominibus & ferē inter turbas uisa es. Cur non po-
 tius in abscondito te continuisti? Cur non cōfirmasti tibi
 secretum contemplationis? Cur unquam aliquis motus
 lium uisus est magis te assumpsisse pennas sicut columbe

ut uolaret & requiesceret: ut elongaret fugiens, & maneret in solitudine? Hoc em̄ multife-
 cerunt, non solus Helias siue Helizæus, uerū etiam quā pulueres filij prophetarū. Quid
 igitur? Quam ob causam non & tu similiter siue amplius eo modo præciosam abscondisti
 hominibus pulchritudinis tuæ margaritam? Querimus hoc & est scitu dignum, & ecce
 iam inuenimus & uidemus, non quidem omnino sicut est, sed quasi per speculum. Nā spe-
 culi uice ad causam istam considerandam habemus maxime hunc scripturæ locum, hæc
 pulcherrima dicta Canticorum, quæ sic incipiunt:

Ego dormio, & cor meum uigilat. Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mibi foror
 mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est ro-
 re, & cincinni mei guttis nocturni. Expoliaui me tunica mea, quomodo in duar' uo-
 la: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus misit manum su-
 am per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi, ut aperirem
 dilecto meo. Manas mea distillauerunt myrrhā primam, & digiti mei pleni myr-
 rha probatissima. Pesillum ostij mei aperui dilecto meo: At ille declinauerat at-
 q̄ transierat. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quæsiui illum et
 non inueni. Vocauit & non respondit mihi. Inuenerunt me custodes qui circue-
 runt ciuitatē. Percusserunt me & vulnerauerunt me, tulerunt mibi palliū meum cu-
 stodes myrorum. Adiuro uos filie Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, ut
 annūtiētis ei, quia amore languet. Ecce hic o Maria beatissima, ecce hic nobis quæ-
 si per speculum in ænigmate subluceat uita tua, uita inclyta, quæ (ut dicere uel canere iam
 consueuimus) cunctas illustrat ecclesias. Totus fere huius capituli sensus ad illud pertinet,
 quod in te latet & supra nos est: quemadmodū supra dicebat dilectus, oculi tui columbaræ
 absq̄ eo quod intrinsecus latet: sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ absq̄ eo quod in-
 trinsecus latet. Admoueamus igitur hoc speculū, & diligenter oculis cordis exinde con-
 tem plemur, ut saltem aliqua ex parte cognoscamus sanctissimam conuersationem tuam.

Ego dormio & cor meum uigilat. Quid hoc est aliud, nisi illud ipsum, quod alibi di-
 cit habitatrix pectoris tui sapientia dei, in omnibus requiem quæsiui: Et quid hæc sunt, ego
 dormio, & in omnibus requiem quæsiui: nisi optimam partem elegi, relictis cunctis sollici-
 tudibus uel in curis seculi? Et quidē multæ filia siue multæ aiæ taliter dormierūt, uel dor-
 mire cupierunt: sed tu dormitōis huius totū obtines magisteriū, & uigiliarū cordis totū te-
 nes principatū. Quid aliud nobis in Psal. loquit idē dilectus dicēs, uacate & uidete quoniā
 ego sum deus? Hoc nāq̄ idē est, ac si diceret, uos dormite, & cor uestrū uigilet. Intelligim' igitur
 quid dicas, ego dormio, & cor meū uigilat, scilicet quia talē nobis ut sequamur uita tuā
 esse insinuas, qualis in patre tuo Iacob quasi per umbrā significata est, qui & ipse quādo dor-
 m iuit, tūc

miuit, tunc cor eius uigilauit, sicut scriptum est. Cumq; uenisset ad quendam locum & uellet in eo requiescere, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens caelum: angelos quoq; dei ascendentes & descendentes per eam, & dominum innixum scale, &c. Multaq; quoq; (sicut iam dictum est) animarum fuit & est, non solum secundum illam similitudinem ocio sancto dormire, id est, a terrenis curis uacare, & in caelestibus per contemplationem corde uigilaretur, etiam eodem modo, quo & Iacob tunc dormiuit, secundum corpus dormire, & secundum animam per somnium caelestia uideri, iuxta illud: Senes uestri somnia somniabunt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Sed tu, o caelum dei, unica sedes domini, in utroque uigilantiae modo, cum sanctis mortalibus siue terrenis hominibus longe eminentior extitisti: longe studiosior ad contemplandum eum, in quo desiderant angeli prospicere atq; aptior fuisti. Quid ergo tu cum hominibus quauis sanctis? Quid tu loqui uel conuersari cum mortalibus quauis apostolis? Cur non potius tanquam turtur castissima, turtur solitaria solitudinem expetisti remotior quam Iohannes Baptista, secretior quam Helias, ut soli te scirent, tibi quoque familiarerentur angeli sancti, non ad horam sicut angelus Helias semel & iterum pauit, neque ad tempus, sicut eundem corui pauerunt ministri, sed iugiter, donec tuis completis diebus, ad transferendam te in caelum aetherum non unus tantum currus igneus, sed totus cum rege suo filio tuo ueniret atq; occurreret angelorum exercitus? Haec nobis quasi punctantibus respondens dicis. **L** Gloria dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Hoc est dicere, Dilectus meus foris est, quasi sub diuo est, testium non habet, domum non habet. Vulpes (inquit) foueas habent, & uolucres caeli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Quid est? Nunquid domum uel suam habet? Immo reliquit (ait) domum meam, diuisi haereditatem meam, facta est mihi habitatio mea quasi spelunca Hyemae. Domum ergo iam non habens suam, & nondum adeptus aliam, id est, a Iudaeis iam repulsus, & gentibus nondum cognitus, quodammodo stans foris & pulsans, rogat intus suscipi, & haec uox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Soror mea per fidem, amica mea per spem, columba mea per charitatem, immaculata mea per omnimodam mentis & corporis incorruptionem: quod in matre qua concepit & peperit, ualde laudabile est. Aperi mihi, scilicet os tuum, loquere prout ad confirmandum pertinet euangelium, & in hoc optate tibi quietis patere suspendium, ut gratum singulari pudicitiae tuae propter me rumpas silentium. Quam ob causam? Videlicet quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. Extraneus factus sum quippe fratribus meis, & peregrinus filius matris meae, & sicut eius qui foris est, & testium non habet, caput plenum est rore, & cincinnati siue supremi capilli pleni sunt guttis noctium: ita obprobria exprobrantium ceciderunt super me, & ab ipsis sacrae sensibus prauis inficiuntur scripturae, quae omnes ita mihi, scilicet cet uerbo dei, sicut cincinnati inhaerent capiti. Sicut me extra portas suas, ut crucifigerent, eiecerunt: ita de cordibus suis longe fecerunt, odientes & me & patrem meum: & sicut illa nocte sua faciem meam conspuerunt, ita pertinaciter blasphemias in caput meum iactitant, & cincinnati meos commaculant, similes ipsi rori cadenti siue caducis guttis noctium, quia de gratia dei ceciderunt: dum me deum dei filium esse blasphemantes negant, & scripturas, quae testimonium perhibent de me, sensu contrario conturbant. Aperi igitur cum alijs testibus meis os tuum, & facito, ut in quibuscumque locum habeam, ubi reclinet caput meum. Vbi & quando ista uox dilecti pulsantis? Intus et in interiori homine, ubi uobis quoque amicis dilectus idem solitus est loqui, sicut et de quodam uestro scriptura dicit. Dixit autem spiritus Philippo. Accede et adiunge te ad cursum istum. Si enim spiritus dilecti habitat in uobis, et intus loquitur uobis, non necesse habetis doceri quid de me ipsa dixerim, uox dilecti mei pulsantis. Si quaeritur quando, nimis postquam ascendit in caelum, dum hic quoque sexus tenderet ad eum, sicut legitur in actibus apostolorum: Hi omnes erant perseverantes unanimes cum mulieribus et Maria matre Iesu et fratribus eius. Sicut uiri, ita et foeminae iam communiter uiuere incipiebant, non solum Iudaeorum, uerum etiam Graecorum cum dato spiritu sancto praedicaretur euangelium. Hinc est illud: In diebus autem illis crecente numero discipulorum, factus est murmur Graecorum aduersus Hebraeos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano uiduae eorum. Propter huiusmodi maxime fiebat uox dilecti pulsantis.

Gene. 28

Iohel. 2
Contemplatio
Mariae cunctis
excellens

3. Reg. 19

Dilectus foris
stans &
pulsans.
Matth. 8
Hierem. 12.

Soror mea
& caetera.

Caput meum
plenum est rore.
Psalm. 68.

Ibidem.

Vbi uox pulsantis.

Actu. 8.

Quoniam foeminae quoque
coeperunt uiuere
coeperunt.
Actu. 17.

Actu. 6.

santis & dicētis. Aperi mihi soror mea, uidelicet ne uel infirmiori sexui deesset salutaris doctrina, ministeriūq; & norma uitæ, uel morū disciplina. Ego autē in quā. L. Expoliam me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quō inquinabo illos? Idā dū quippe dilecte mi uitā pfecte solitariā cōcupiui, in qua sic uiuitur ac si qs tunica uel omni ueste nudus quiescat sibi in secreto lectuli lotis pedibus, & expers totius pulueris. Quō rursus implicabor curis, quæ nō defunt platis in cōuersatione cōmuni: Quis uita cōmuniter uiuentiū propriūq; nihil habentiū religiosa sit uel esse possit? Hæc nāq; uita sine uictu uel ministerio quotidiano nō potest deduci, & nō nihil habet pulueris, imō & nimis sæpe puluerulēta est, & in primis murmuriosa, sicut initio iam audistis o amici, quia factus est murmur Græcorū aduersus Hebræos, eo q; despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ eorū. Nec mirū quod in sexu isto, sexu fragili, cōfugiente ad nos de luto seculi, subest aliquid pulueris hmōi: cū & in uestro, scilicet sexu uirili nōnulla reprehensibilia sint, & multa pristinæ cōuersationis uestigia supersint. ¶ Ego autē dilecto meo pulsanti loquor, eiq; nota replico, quia singularis ego præ oibus exui me tunica mea, mente & actu uel habitu reliqui omnia, & ita laui pedes meos, conscientia siue intentionē meā emundante spū sancto, ut iā dicti pulueris nihil omnino residuū sit. Quomodo nūc induar tunica, ut cū mea reliquerim omnia, curē aliena, pro alijs sollicita & eaq; quæ quotidie ueniūt uiduag, uel quæ uenturæ sunt uirginū, mater familias effecta? Quomodo inquinabo quos laui pedes meos, id est, ad aliqua terrena inclinabo oculos uel cæteros, quos oēs tibi soli dilecte mi, dedicaui sensus, uel cogitatus meos? Nā et si custodia tua semp mecum est, uera tamen humilitas semper sollicita est, & mea potissimū anima, quæ amore tuo singulariter plena est, pro puluere æstimat pro sordibus reputat, quicquid unq; præter te per aliquā necessitatē dicit uel cogitat, quis licitū sit, quis non ocio sum, imō & aliquatenus utile uideri possit. Hæc uel his similia dicenti & uigilanti corde dormire uolenti mihi qd obuenit? L. Dilectus meus misit manū suā per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. ¶ Quomodo o dilecte mi sit dilectus tuus manū suā per foramen? Quæ est illa manus? Quod est illud foramen? Quis ille tactus? Quis ille tremor? Quomō intremuit uenter tuus? Aut qd uenter tuus? Mirantes ista quærimus, quia taliū inexperti sumus. Dicit quidā ueterū amicorū, Et misit dñs manū suā, & tetigit os meū, & dixit ad me, Ecce dedi uerba mea in ore tuo, ecce cōstituit hodie sup gentes & regna. Itē alius dicit: Ego sedebā in domo mea, & senes Iuda sedebant corā me, & cecidit sup me ibi manus dñi dei. Et emissā similitudo manus apprehēdit me; cin cinno capitis mei. ¶ Nostra ætate referebat quādā adolescentulæ familiaribus suis, qbus propter cōpētā beniuolentiā secreta sua cōmittere nō dubitabat, nocte quadā similitudinē manus à capite lectuli fuisse immisā sup pectus suū pene uigilantis, imō nullatenus dormientis, nō nihil tamen de excessu tenuiter patientis. Erat autē tactus suauissimus quasi dexteræ manus. Et apprehēdens illā suis utrisq; manibus demulcebat signaculo crucis, post illas signaculi sancti delicias, qbus manū demulcebat, brachiū q; contingere, ipsamq; personā, cuius manū tenebat, assequi conaretur, uelociter ueluti increpitus mouit & excussit se manus illa, oleo suauior, penna uolucris agilior, motuq; suo dedit intelligi, q ipse cuius erat manus, nollet se apprehēdi. ¶ Memorabat etiā eadē adolescentula, scilicet anima nuptiis istis dedita, canticisq; nuptialibus intenta: quoniā dilectus, in uisu noctis conspicuus, manū suā miro modo pectori eius quasi p foramen iniecit & cor eius intrinsecus apprehēdit, tenuitq; aliquā diu suauissime stringens, & gaudebat ineffabili gaudio cor illud in ira manū illam subsiliens atq; tripudians. ¶ Porro de tremore illo, tremore sancto & diuino, tale expimentū sibi euenisse fideli narratione referebat. Aspiciebat p uisum in quadā ecclesia saluatoris imaginē cruci cōfixā in loco sublimi, scilicet ubi de more cōsistebat, orantibus siue adorantibus propofita populis. Cūq; in eā intenderet, uiuens imago uisa est uultu quasi regio, radiantibus oculis, aspectuq; prorsus reuerendo: manūq; suam dexteram de patibulo adducere, signaculum crucis super aspicientem edere magnifica expressione dilectus ille dignatus est. Non uana uisio, imō magnæ uirtutis sensum uidentem turulit continuo. Deniq; sicut tremit folium arboris, ubi uentus uehemens illud concusserit: ita cum repente in hoc uisa

Maria præ ceteris contempta.

Hiere. j.

Ezech. 8

Misit manus suā p foramē

Sactus & dulcis tremor

hoc uisu euigilasset, in lectulo aliquandiu tremuit, uerū tamen tremore dulci, tremore blando, nimumq; suauis. Et antequā euigilaret, in ipso uisu iam dicti uirtus signaculi uidentem sursum rapuit, uelocius atq; facilius q̄ dici possit manibus expansis ad manus illius confixas cruci, ita ut os quoq; ori totumq; corp⁹ ad motum uideretur eius corpori, & ubi somno erupit, aliquandiu (sicut iam dictum est) tremore illo diuino multū delectabiliter uigilans tremuit. Hæc pro experimento manus uel tactus atq; tremoris diuini paucis dicta sint. Verum cum de tua persona agitur, ð dilecta dilecti singularis, qualia uel quanta sunt ista, ut ea quæ circa te fecisse credenda est manus domini, possint aliquatenus ex istorum similitudine colligi? Magna sunt ista, nostrosq; longe cogitatus excedunt, te potius audiamus, cætera tam sancta, tamq; mystica narrantem, tam longe supra literam spiritum uitæ in sensu habentem. Surrexi, ut aperirem dilecto meo. Manus mee stillauerunt myrrham optimam, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Surrexi inquam, Quomodo enim diutius dormire aut post hac obdormiscere potuissem? Quomodo tunica idui fastidiosum aut puluerem pati in pedibus mihi esset pigrum; ubi post uocem dilecti mei pulsantis, manus quoq; accessit, & tactu suo illum ineffabilem uentri meo timorem incussit? Surrexi igitur, ut aperirem dilecto meo, operam dedi ut cum apostolis Christi, utiq; dilecti mei, discitis & factis proficerem currenti euangelio. Nam hoc est quod dico, Manus meæ stillauerunt myrrham primam, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Oportebat namq; ut maxime relictis credentium atq; apostolicam uitam imitantium uiduis manifestum darem exemplum omnis mortificationis uitiorum, normamq; in propatulo sacrarem mox uentris nouumq; & eatenus inauditum exemplum eo suscepturis sanctæ uirginitatis propositum. Hæc myrrha utiq; probatissima, id est, præciosissima est. Cæterum carnem mortificare, non propter deum, neq; propter ædificationem uidentium, sed propter gloriā propriam capiendam ex ore laudantium, hoc quidem est manibus stillare myrrham, sed non probatam, immò nec ibi sunt digiti, qui dicantur myrrha pleni, quia nō est in tali opere uirtus discretionis, quæ per digitorum distinctionem solet intelligi. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Pessulum (inquam) ostij mei, id est, clausuram oris mei. Quid namq; per pessulum, nisi silentij signatur firmamentum. Pessulum ergo ostij dilecto meo aperitur, cum indictum ori silentium propter Christum resoluitur, ut audientes ædificentur. Et q̄ pulcher, q̄ rationabilis & disciplinatus ordo loquendi. Prius myrrha stillat de manibus, & digiti myrrha probatissima pleni monstrantur, ac deinde pessulus ostij dilecto aperitur, id est, prius uita laudabilis in exemplum præparatur, & deinde doctrina fidē quærens audientiū palam profertur. Hinc de ipso dilecto scriptum est, quia cepit facere & docere. Non dictum est prius docere, & deinde facere; sed prius facere, & deinde docere. Et ille declinauerat atq; transierat. Ego (inquit) pessulū ostij mei dilecto meo aperui, & ille declinauerat atq; transierat, id est, ego os meum aperui in doctrina, ut audientibus facerem notitiam dilecti: sed ille iam nobiscum non erat, iam cælo receptus, huc redire ulterius non habebat. Ergo ne ð dilecta tu istud nesciebas? Nonne prius quàm modo iam dicto pessulum ostij tui aperuisses, uideras, q̄ in cælum ascendisset; & sciebas q̄ ultra ad cœmanendū mortalibus rediturus non esset? Sciebam (ait) & bene sciebam. Sed quid? Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quando uel ubi locutus est? Nimirū, quando uel ubi ego pessulum ostij mei dilecto aperui, loquendo scilicet pro utilitate audientium ea quæ sunt dilecti, tunc & ibi dilectus est locutus. Non enim ego eram quæ loquebar, sed ipse loquebatur in me. Si enim quilibet uestrum amicorum dicit, & uerum dicit, an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christi, non dubium, quin & in me dilectus idem locutus sit, quotiens ei pessulum ostij mei aperui, quotiens linguam moui, et uerbo dei (quod ipse est) uocem meam accommodaui. Ut ergo dilectus locutus est, anima mea liquefacta est. Flebam quippe, et præ singultibus uehementer erumpentibus non poteram uerba nisi concussa, uel uoces uisi intercisas, euoluere. Nunquid enim poterā absq; fletu de illo uerba facere? Verum fletus ipse consolatio mihi erat, delectatio quædam mihi erat: sicut et cuiq; uestrum lachrymæ suæ dulces sunt, fluentes in eiusdem recordatione dilecti, iuxta illud: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Quantò magis mihi

Myrrha non probata qd sit

Pessulū ostij oris est silentij

Oportet prius facere, postea docere.

Actu. 10

Matth. 70

2. Cor. 13 Anima mea liquefacta.

Fletus dulcis.

Psal. 41



dum diceretur mihi quotidie, Vbi est deus tuus filius tuus: siue dū dicerem ego, me dicitur
 sit in hoc exilio deus meus, filius meus, de me taliter incarnatus ul' natus, propter me & me
 uidente taliter agonizatus, talia passus: Quale mihi erat, cōmemorare siue narrare uerba e
 ius, uerba morientis siue continuo morituri dilecti, maxime cōmendantis præceptū charit
 tatis, mandatū dilectionis, ab illa cœna sacrosancta, quando tradebatur, usq; ad hæc uerba
 nouissima, mulier ecce filius tuus, ad discipulum autem, ecce mater tua: ¶ Ibi ignis, ibi glar
 dius: ignis amoris, gladius doloris: et anima mea uictima erat holocausti. Hanc em̄ & ignis
 incendit, & gladius pertransiuit. Vnde sicut ad ept sacrificij liquefcit ab igne, & sicut fuit
 sanguis de gladij uulnere: sic anima mea liquefacta est, non ibi semel tantum ubi morieba
 tur ipse, uerū, etiam quotiens me aperiente pessulū ostij mei locutus est in me. Totiens q̄
 pe sensi profundo corde, uulnerata mēte, istud quod nūc dico, quia declinauerat atq; trā
 erat, ipsa commemoratione hoꝝ sensum mihi renouante, ut magis ac magis sentirem eum
 hic iam non esse uisibiliter nō comparere. L. Quæsiui illum, ⁊ non inueni: uocaui ⁊ non
 respondit mihi. ¶ Quæsiui, scilicet iugiter meditando: uocaui, semper orando: sed sic que
 rens non inueni, sic uocanti non respondit mihi. Dulce lumen, & delectabile est oculis ui
 dere solem: sed mihi dulce sentiebam uidere carnem meam in ipso uiuentem: delectabile
 habebam, quem generam, uidere facie ad faciem, ad dexteram patris super omnia fulgē
 tem. Non sic statim inueni, non q̄ cito uolui, super hoc respondit mihi. L. Inuenerūt me
 custodes qui circūeunt ciuitatem. Percusserunt me, ⁊ uulnerauerunt me, tulerūt
 mihi pallium ⁊ eum custodes murorum. ¶ Qui sunt uel erant illi uigiles, illi custodes
 murorum qui circūeunt ciuitatem? Nimirum amici & primi amicorum nostrorum, qui di
 cunt in libro suo, libro actuum apostolorum. Non æquum est nos derelinquere uerbum
 dei & ministrare mensis. Consyderate ergo fratres uiros ex uobis boni testimonij septem,
 plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus: Nos uero orationi,
 ministerio uerbi instantes erimus. Isti erant uigiles, & hoc illis erat uigilare, & ciuitatem cir
 cuire, & muros custodire, scilicet orationi & ministerio uerbi iugiter instare, iuxta illud p
 pheticum. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte non ta
 cebunt laudare nomen domini. Qui reminiscimini dñi ne taceatis & ne deis silentium ei,
 donec stabiliat & donec ponat Hierusalem laudē in terra, illam Hierusalem nimirum, de
 qua & in Psalmo dictum est: Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas. Hoc ita uigiles illi fa
 ciebant, ut omni die in templo & circa domos non cessarent docentes & euāgelizantes le
 sum Christum. Isti inuenerunt, querebant em̄ me. ¶ Quomodo querebant, & quomō in
 uenerunt me? Querebant me utiq; omnes pia sollicitudine, & ille p̄cipue, cui à dilecto fu
 erā cōmissa, dicente, ecce mater tua, & recepit me in sua. Querebant isti multū sperantes
 de me, qđ inesset mihi aliquid dignū sua inquisitione: quippe qui nouerant, qđ in me uel de
 me fuisset factū, qualis mater qualem genuissem filiū. Non nihil in me superesse arbitrabā
 tur de thesauris altissimi, quos superueniens in me spūs sanctus thesaurizauit in conceptio
 ne tanti filij. Verū quippe hoc erat, quia filius quidem de utero meo per natiuitatē carnis,
 tanq̄ sponsus de thalamo suo processit: sed nihilominus tota plenitudo gratiæ, quā accepe
 ram, extunc, & usq; in seculum in corde & in sensibus meis perseuerauit ac perseuerabit.
 Querebant igitur & inuenerunt me plenā esse gemitibus inenarrabilibus, Et hoc uide il
 lis ut sic inuenirent me: Nimirū ex aliqua sui et similitudine. Nam q̄ gemebā, similiter &
 ipsi gemebant, eandēq; in gemitibus nostris habebamus causam, taliter ab ipso dilecto ue
 raciter prænunciatā. Filioli, adhuc modicū uobiscū sum. Queretis me, & sicut dixi uobis,
 quo ego uado, uos nō potestis uenire, & uobis dico modo. Hæc nobis erat cōmunis causa
 gemituū atq; fletuū, q̄ quo ipse abierat, non nos poteramus ire. Non quidē reliquerat nos
 orphanos, quia reliquerat nos cū sua promissione & suæ promissionis spe, secundū uerba
 hæc: & si abiero & p̄parauero uobis locū, iteq; uenio & accipiā uos ad memetipsum, ubi
 sum ego, & uos sitis: uerū tamen interim, dū differabamur, sic erat nobis, quem admodū ip
 se alibi dixit. Nunquid possunt filij sponsi ieiunare, q̄ diu cū illis est sponsus? Venient autē
 dies, quando auferetur sponsus ab eis, & tunc ieiunabūt. Quæ si filij sponsi erat ieiunandū,
 quantō magis mihi matri eiusdē sponsi ieiunandum erat & flendum? In hoc ipso inuenerūt
 me, nec

Iohan. 13
 Iohā. 19
 Mariæ ignis
 & gladius.

Custodes mu
 rorum apos
 toli sunt.
 Actū. 6.

Esa. 62.

Psal. 121.

Iohan. 19

Iohan. 13

Iohan. 14.

Matt. 9.

me, nec enim quid animi gererem posset illos latere. Quid deinde? **L Percusserunt me & vulnerauerunt me.** Quomodo, uel quibus armis percusserunt me? Conferendo & colloquendo, & gemitus suos nimis ultroneos, imò & nimis uiolentos, in medium iaciendo, percusserunt me: quos uidelicet gemitus & fletus suos, & si uellent, retinere non poterant & iccirco solutis habenis lachrymas suas currere dimittebant, quantum ipsarum lachrymarum uolebant. Tunc unusquisque portionem suam afferebat in medium, memores uerborum patris sui, filij mei, sponsi iam dicti, dilecti nostri, uerborum nouissimorum patris eiusmodi, quae moriens & quasi ultimam trahens spiritum dixit, memores quale testamentum scripserit eisdem filiis suis, qualem haereditatem dimisisset eis, & de ipsorum haereditate pace & concordia moriens quae pie sollicitus testator ipse fuisset, & quomodo cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Haec erant iacula ipsorum, & istis percusserunt me, & uulnerauerunt me, percussi ipsi & uulnerati, a me uicissim sagittis acutis, quae erant sagittae loquentis in me dilecti, quae admodum Psalmista dicit: **Sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatorum, atque ita mutuis percussioibus mutuisque uulneribus percutebamus inuicem & percutebamur, uulnerabamus & uulnerabamur, percussioibus suauissimis, uulneribus dulcissimis: qualia qui exprobus non est, profecto sanitatem cordis non habet.** Inter ista tulerunt mihi pallium meum illi custodes murorum, ita uidelicet, ut totum quod erat in me secretum, facerem, quantum opus erat, illis manifestum. Nam eatenus omnia quae erant de illo dilecto uerba conseruaueram conferens in corde meo, & ita contegens quasi sub pallio tunc aut depromptum in apertum, uidelicet necessaria multumque profutura praedicatione uel etiam conscribendo dilecti euangelio. His aliisque modis defessa & omnino huic mundo praemortua, conuerto me ad filias sororesque nostras, euangelij nostri uiduas, siue qualescunque sexus nostri personas mihi creditas, & aio ad eas. **L Adiuuro uos filiae Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore languet.** **O filiae Hierusalem, quae uere estis filiae Abraham, semen Iuda, filiae quoque David secundum fidem, credendo in eum, qui cum esset filius dei secundum diuinitatem, & rex supernae Hierusalem: factus est filius meus siue filius hominis ex semine David secundum carnem, adiuuro uos, uidelicet per hoc ipsum unde estis filiae Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, si ante me, ut saepe fit, discipulae aut magistras, exeuntes de corpore, ueneritis ante dilectum meum conspectum, ut annuncietis ei, quia amore languet, quia pro amore eius, pro magno uidentem faciem eius desiderio, nimirum uitae huius tedium patior, & animo gemituoso lachrymosis oculis suspiriosas praesentis exilij moras sustineo.** Quid erat uel quid efficiebat hanc talis aduortio? Nunquid ille dilectus nesciret amorem languentis siue languorem amantis, nisi annuncietur ei? **Domine (inquit Petrus) tu omnia scis, tu scis, quia amo te.** Quantum magis o tu dilecta tam prudens tamque fidelis, per te metipsam absque internunciis dicere poteras dilecto, & frequenter dixisti sine dubio, dilecte mihi nullum tibi est absconditum cor, nullius occultus amor, tu scis quia amore languet? Quorsum ergo tendit uel quid efficit hanc aduortio? Eo nimirum, ut percussa percutiat, uulnerata uulneret, mater filias, salubriusque uulnerum suorum aliquod & si non statim omnibus, at saltem iam aliquibus earum experimentum efficiat, ut audientes filiae uel sentientes in matre tantum uitam futuram, quae non uidetur, desiderium, in mente perferant & ipsae talem illum esse dilectum, ut iure propter eum fastidiat quibus uel quatenus hoc praesens seculum, iamque inter moras praesentis uitae magis ac magis cupiant eum agnoscere, saltem per speculum, saltem in aenigmate. Vnde & protinus dicunt. **L Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiuuasti nos?** **L Oportuna ualde percunctatio, si respiciamus ad illa tempora, de quibus nunc agimus, quando tu o dilecta propter euangelium dilecti praesens aderas, & in corpore detinebaris, magistra necessaria, testis ualde idonea.** Nam tunc enim audiri incipiebant non solum Iudaei aperta fronte blasphemantes, uerum etiam multi ac diuersi heretici, sub nomine Christiano Christianam ueritatem corrumpere laborantes, & exinde pululare habebant, eodem quidem malignitatis spiritu, sed diuersis sibique contrariis erroribus, quae plura uiperarum genimina, uelut antiquae hydrae capita, quae (ut fertur) sectis prioribus plura renascebantur. Pullandum igitur erat ad ostium ueritatis, & consulendum oraculum spiritus sancti, scilicet sacrarium peccatoris tui, ut uiua uoce omnem necessario tenendam demonstrares regulam fidei, cum testimonio scripturarum, quas memoriter tenebas pro-

Gemitus & fletus apostolorum coram Maria

Iohan. 13. Sagittae potentis acutae.

Psalm. 119.

Tulerunt mihi pallium meum Luc. 2.

Filiae Hierusalem secundum fidem, Roma. 1.

Cur adiuuasti uic filias Hierusalem Maria, Iohan. 21.

1. Cor. 13.

Haeretici ut hydrae capita

Dilectus ex dilecto.

phetissa magna, & capax omnium prophetarum siue prophetiarum. Qualis est (aiunt) dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulier, idem filius tuus deus ex patre deo, qualis est o uirgo uirginum o sancta sanctarum: Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos: Neque enim nos, quæ iam sumus filia Hierusalæ, dubium habemus, quin ipse sit dilectus ex dilecto, id est, deus ex deo: sed non nobis solis, quæ nunc sumus in hoc tempore tuo, uerum etiam & omnibus alijs prouidendum est filiabus Hierusalæ, quæ futuræ sunt post nos, ut ex te certo instructæ uel confirmatæ spūs sancti testimonio, sciant cōtemnere hæreticos & solius dilecti sancto flagrare desiderio. **L** dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. **L** apud eius aurum optimum, come eius sicut elate palmarum, nigre quasi coruus. **O**culus eius sicut colūbe super riuulos aquarum, que lacte lore a pigmentarijs. **L**abia eius lilia distillantia myrrham primam. **D**anus illius tormentiles auree, plene hyacinthis. **V**enter eius eburneus, distinctus saphyris. **L** rura illius colūne marmoree, que fundate sunt super bases aureas. **S**pecies eius ut libani, electus, ut cedri. **B**uttur illius suauissimū, & totus desiderabilis. **T**alis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filie Hierusalæ. **I**

Tale tuum nobis carmen diuina prophetes,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum,
Dulcis aquæ saliente sitim restringere riuo.

Canticum Canticorum

Hoc tuū carmen uere pulcherrimū, & sicut dicitur, ita est Canticū Canticorum. Nihil amici libentius audierint, nihil adolescentulæ, delectabilis acceperint, quæ cūq; habet aures audiendi sensumq; promptū, quo legitimū carmen discernere possint. Dixisti qualis dilectus sit, & miras qualitates eius, breuiter quidē, sed delectabiliter exposuisti, sicut habet se ipsa ueritas rei, sicut oēs consonanter p̄dicant scripturæ ueritatis. **L** dilectus meus candidus, & rubicundus. **I** Vnde candidus, & unde rubicundus? Nimirū candidus sanctitate, rubicundus passione. Dicit aliquis. Si ergo candidus, quare rubicundus? Si sanctus, quare passus? Hoc enim admirans spūs sanctus in Dauid, cū dixisset: Beatus uir q; nō abiit in cōsilio impiorum, & in uia peccatorum nō stetit, & in cathedra pestilentie nō sedit &c. quibus utiq; uerbis designauit, eū fore candidū, scilicet immunē ab omni nigredine eius in q; oēs peccauerūt: erant enim in lumbis eius, qñ abiit in cōsilio impiorum, & stetit in uia peccatorum, & sedit in cathedra pestilentie, cogitando malū, & transgrediendo mandatū, & defendēdo siue in posteros suos transfundendo hæreditariū peccatū suū, subiūxit atq; ait: Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterūt reges terræ, & principes cōuenerunt in unū, aduersus dñm & ad uersus Christū eius? Et est sensus: Cū ita fuerit candidus & oino immaculatus: quare ita cōuenerunt & suo illū sanguine rubicundū fecerūt? Et in Esaia: Quare ergo rubrū est indumentū tuū, & uestimentū tuū sicut calcantiū in torculari? Præ miserat enim, ego q; loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandū, qd̄ est uere esse candidū, uere immaculatū. **S**tationē q; & qd̄ hic dicitur electus ex milibus: ibidē subiūgitur, torcular calcant solus. **I**gitur quibus & nos, siue adolescentulæ, q; nondū ad plenū didicerūt, sed adhuc discūt tantū sacramētū: Si ergo candidus, quare rubicundus? Si sanctus, quare passus? & respondent nobis amici ueteres ac noui: Quia uulneratus est propter iniquitates nras, attritus est propter scelera nra, & proprio filio suo nō peccit deus: sed pro nobis oibus tradidit illū, & ipse dilecti dilectus propter peccatā (inquit) populi mei percussit eū. **Q**uibus autē ex milibus est dilectus, nisi ex sanctis oibus? Et in q; electus, nisi in eo, ut illud faceret solus, ad qd̄ faciendum nullus illoq; fuit idoneus? Hinc enim apud Esaia cū de uniuersitate sanctorum, q; una ciuitas est, quæq; in Adā cecidit, p̄missum fuisset: Eleuare eleuare cōsurge Hierlm, q; bibisti de manu dñi calicē iræ eius, & usq; ad fundū calicē soporis bibisti: protinus infirmitas cunctorum miliū quanta fuerit, his uerbis q; subiuncta sunt, demonstratur. Nō est q; sustentet eā ex oibus filijs quos genuit, & nō est q; apprehēdat manū eius ex oibus filijs q; enutriuit. **A**mplius autē idē plam cōuersus dicit: Filij tui proiecti sunt, dormierūt in capite oim uiaq; sicut bestia illaqueata, pleni indignatione dñi, & increpatione dei tui. Vere magna infirmitas cū cōmiliū. Non solū nō potuerūt sustinere Hierlm, siue apphēdere manū eius: uerū etiā, ipsi proiecti fuerūt & dor-

Candidus sanctitate, rubicundus passione. Psal. j.

Roma. 7

Psal. 2

Esa. 63.

Rubicundus propter peccatā nra

Esa. 53

Roma. 8

Esa. 53
Electus ex milibus

Esa. 51

Oēs filij ante Ch̄m. proiecti erant et infirmi.

& dormiet i capite oim uiaz, sicut bestia illaqueata, uidelicet pctō illaqueati, pctō origina
li, & ob hoc pleni indignatōe dñi, pleni icrepatiōe dei. i. & scdm animā mortui, & scdm cor
pus mortales effecti, nisi q; in isto electo spes oibus illis una residua fuit, quē admodū sequēs
sra cōtinuo repromisit. Hęc dicit dñator tuus dñs, & de tuus, q; pro pplo suo pugnavit. Ec
ce tuli de manu tua calicē soporis, fundū calicis indignatiōis meę. Nō adijcies, ut bibas illū
ultra, & pōnā illū in manu eoz; q; te humiliauerūt. Hoc ē opus electi, potuisse facere & se
cisse, qd nullus alius fecit aut facere potuit, qd est abstulisse de manu gr̄is hūani, scilicet om
niū q; ad uitā erāt pordinati, q; oēs dicūtur & sunt una Hierlm, calicē irę & fundū calicis, id
est, sñam utriusq; mortis aię & corpis. Vnde hoc illi, ut talis uel tātus deberet eē elect⁹. In
q; discernit. Quo differt à cūctis. Caput eius aur̄ optimū. Hoc est eius propriū, &
hinc est illud, qd ueraciter eē dicit, speciosus forma p̄ filiis hoim; q; caput ei⁹ aur̄ est opti
mū. i. principalis ei⁹ natura uera diuinitas ē, ipse est em̄ deus, dei uerbū, qd erat in principio
apud deū. Nā deus erat uerbū. Ex duabus unus idēq; subsistit naturis, diuina scilicet & hu
mana, & ob hoc diuina ei⁹ natura recte dicit caput, q; principiū est, quē admodū quodā lo
co dicit. Ego principiū q; & loquor uobis. Quid tā pōderis ut hoc aur̄. Quid tā pulchrū,
ut hoc caput aureū. Quid tā p̄ciosum ut hoc uerbū. Ego dilecta pondus auri huius ineffa
biliter in memetipsa pensū, qñ de cęlo in uterū meū deicēdit. Sed habet quandā de semet
ipso mirabilē atq; inestimabilē efficacitā, q; mortalis cōditionis uterū fragilitēq; hunc sexū ita
dulciter solidare nouit ac potuit, ut nō solū non frangeret, uerū etiā delectaret pondere eius
paruitas uteri mei, cū sit ipse quē tremūt angeli, quē totus nō capit orbis, sub q; curuant (ait
scriptura) q; portāt orbē. Efficacia hęc gr̄a eius est: sine q; nullal sub eo creatura sustinere p̄t.
Hoc habet p̄ cūctis milib⁹ scilicet tale, tātq; ponderis caput, & hinc ē dilectus ex milibus.
L. Come eius, sicut elate palmarū, nigre quasi coruus. Come hui⁹ capitis sunt oēs scri
pturę ueritatis. Sicut em̄ comę de capite prodeūt, & capitis quoddā sunt ornāmētū: ita oēs
scripturę diuinitus inspiratę, de plenitudine hui⁹ uerbi siue electi acceptę sunt, & oēs huic
electo phibent testimoniū. Ista comę sicut elatę palmarū. i. sicut folia palmarū, q; uideli
cet folia circo dicūtur elatę, qd eleuētur sursum, q; nō pendēt deorsum, sicut alię arborū
Est aut palma arbor, insigne uictorię ramis obpanis in modū palme hois, procero ac deco
ro uirgulto, diuturnisq; uestita frondib⁹, & folia sua sine ulla successione cōseruās. Vere
ergo comę ei⁹ uidelicet, electi siue aurei capitis dilecti sicut elatę palmarū, q; uidelicet scri
pturę ueritatis, quarū utiq; principiū est caput illud, scilicet deus uerbū: nō sicut scripturę
hoim, terrā aspiciūt, sed sursum tendūt, & q; sursum sunt q; runt: siquidē nō occidētē literam
sed uiuificantē sequaris sp̄m, & ualde diuturnę sunt, sicut imō plus q; elatę siue folia palma
rū: Quia cęlū (ingr) & terra transibūt, uerba autē mea nō transibūt, & iota unū aut un⁹ apex
nō p̄teribit à lege donec oīa fiāt. Sūt autē nigre q; si coruus, q; (sicut alibi dictū est) tenebro
sa aqua in nubibus aëris. i. occulta scia in pphetis atq; legalibus scripturis, ita ueraciter di
cas, nigredo magna in comis capitis dilecti, ut sensus siue intellectus idē sit. Sed uide qd se
quitur. Oculi eius, sicut colūbe super riuulos aquarū, que lacte lote sunt, & residēt
iuxta fluentia plenissima. Oculi eius septē sunt spūs eius: septē dona siue septē gr̄e sunt
unius eiusdēq; spūs eius. Cōfer opposita hęc: comę eius nigre q; si coruus, & oculi eius sicut
colūbe q; lacte sunt lotę, & uide qd cōficitur. Istud nimirū, q; scripturę sc̄e, sunt qd ē san
ctū & uiuificatē nō habētibus sp̄m nigre q; si coru⁹, q; obscure eis & truces uident: sed ha
bētibus grām spūalē, q; p oculos intelligit, cādide, imō & lucidę sunt, sicut oculi colūbe mā
fuerēt colūbe lacteę. Exēpli gr̄a. Scriptū est, qm̄ Abrahā duos filios habuit unū de ancilla,
& unū de libera. Et lex dicit. Anima p̄ aiā, oculū p oculo, dētē p dētē, &c. In pphetis autē
uade (ingr dñs) sume tibi uxore fornicatiōis & fac filios fornicatiōnū, &c. In ijs nāq; & cete
ris hmoi, comę iā dictę nigre sunt, nō q; modocūq; sed sicut coru⁹: q; nō solū obscura sunt
hec, uerū etiā nociua uident scdm literalē sensū. Adhibitis autē oculis iā dictis, oculis spū
alib⁹, apparet q; lucida sunt, colūbina sunt, honesta & sc̄ta sunt, uidelicet scdm sensum my
sticū, & q; tū distat inter nigredinē coruorū nitoremq; colūbarū lactearū, tantū, imō & am
plius, distat inter occidentē literam & uiuificantē spiritū. Igitur oculi eius, id est, gr̄e sancti
spūs in eo manētis sicut colūbe q; lacte sunt lotę: columbę ualde candidę, q; residēt sup

Psal. 44.
Caput ei⁹ aur̄
rū opri. scilicet
cer diuinitas.

Iohan. 8

Iob. 9

Comę eius,
scripturę uer
tatis.

Sicut elatę
palmarum

2. Cor. 3.

Lucę. 21
Matt. 5.

Psal. 17.

Gene. 24
Deut. 19
Osce. 1.

Scdm spiritū
lucet colū
bę lacteę.



riuos aquarū & iuxta fluenta plenissima, id est, omnino intendunt scripturis prophetarū & omnes inspiciunt scripturas sanctas, sacramentorū cœlestiū plenissimas, iuxta illud Psal-
 mistarū: Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. ¶ Quid
 em̄ fecit aut docuit absq; auctoritate scripturarū? Primum ubi egressus est à deserto, post
 ieiunium atq; tentationē, traditū sibi librū Esaiæ prophetæ reuoluens, & inueniens locum
 ubi scriptum erat: spūs domini super me propter quod unxit me, &c. Hodie (inquit) im-
 pleta est hæc scriptura in animabus uestris. Ita incipiens, cuncta sine dubio cū auctoritate
 scripturarū & dixit & fecit, semp̄ intendens scripturis. Et ut aliquid pro exēplo dictū sit, nū
 quid in ipso initio suæ p̄dicationis sine inspectione scripturarū, absq; meditatione legis dñi
 in montē ascendit, sicut narrat euangeliū, quia uidēs turbas plurimas ascendit in montē, &
 cū sedisset, accesserūt ad eū discipuli eius, & aperiens os suū, docebat eos, uidelicet hoc pei-
 pue, q̄ non uenisset legē soluere, sed adimplere? Non utiq; sed hoc inspiciebat, hoc medi-
 tabatur, unū & alterū, uidelicet & qd̄ olim fecerat, & qd̄ postmodū erat facturū: ga nimirū
 & olim in monte legē dederat eandē, & postmodū ascēsurus erat in montē, i. in ipsam cœ-
 li altitudinē, & apto ore suo, apto nihilominus sensu discipulorū suorū, ut intelligerent scri-
 pturas, docere habebat eos oēm ueritatē. Recte igitur sicut colūbæ, nō qualiscūq; sed colū-
 bæ residētes sup̄ riuulos aquarū, & iuxta fluēta plenissima, ita oculi eius, uidelicet dilecti
 sunt: quia sensus siue cogitationes eius nusq; à sanctarū inspectione scripturarū se se aliquan-
 do auerterūt. **L. Bene illius sicut areole aromatiū, consistēte a pigmentarijs.** ¶ Genæ sunt
 inferiores oculorū partes, unde barbæ inchoant. Nā barba græce dicitur γένος. Quid er-
 go p̄ genas dilecti, nisi exterior eius habitus intelligitur? Genæ nāq; hoīs enunciant de illo
 unde & dicitur uultus idē locus, eo q̄ p̄ eū animi uolūtas ostenditur. Ergo genæ eius (in q̄)
 sicut areolæ aromatiū: quia nimirū latentiuū in eo indices sunt gratiarū uirtutūq; omniū, quæ ita
 intuentibus gratae sunt, habitibus dūtatae simplici oculū atq; beniuolū, sicut areolæ aroma-
 tiū, consistēte a pigmentarijs, id est, nō casu cōplantatae, sed bene dispositæ cura diligenti dele-
 ctabiles sunt, & aspicientiū lætificant uisum pariter & olfactū. **L. Labia eius lilia distil-
 lantia myrram primam.** ¶ Euangeliū p̄dicatio munda est, & omnis doctrina dilecti san-
 cta & uera est, quod & ipsi aduersarij confessi sunt, quibus non simpliciter dicētes: Magister
 scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces. ¶ Fuit aut̄ initium p̄dicationis eius
 p̄nitentiæ, p̄currente in hoc ip̄m Iohanne, sicut ipsa manifeste scriptura euangelica demō-
 strat. In diebus aut̄ illis (inquit) uenit Iohannes Baptista, p̄dicans in deserto Iudææ & dicēs:
 Pœnitentiā agite, appropinquabit em̄ regnū cœlorū. Itē. Cū audisset Iesus q̄ Iohannes
 traditus esset, secessit in Galiliā & exinde cœpit p̄dicare & dicere. Pœnitentiā agite, appro-
 pinquabit em̄ regnū cœlorū. Sed & alias ubicunq; occasio se præbuit, illā ostendit fuisse ad
 uentus sui causam, uocare scilicet peccatores ad pœnitentiā, & hæc est amicos quoq; eius
 doctrina circa omnes hoīs, ut mortificēt mēbra sua sup̄ terrā. Ergo ueraciter labia eius li-
 lia distillantia myrrhā primā, quia docet munditiā, uocat ad pœnitentiā. Non qualem cūq;
 myrrhā, sed myrrhā (inquit) primā, id est, uerā & optimā, scilicet nequaquā cupiditate uanæ
 gloriæ adulteratam. Cū (inquit) ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Tu aut̄ cū iei-
 iunas, unge caput tuum & faciem tuā laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo, q̄
 est in absconso, & pater tuus qui uidet in absconso, reddet tibi. **L. Manus eius tornati-
 les auree, plene hyacinthis.** ¶ In quo manus eius tornatiles & aureæ? Nimirum in faci-
 endo miracula, ut constanter dicere posset. Si non facio opera patris mei, nolite credere mi-
 hi. Si autem facio, & si non uultis mihi credere, operibus credite, uidelicet quæ feci in uo-
 bis, qualia uel quomodo nemo alius fecit. Nemo quippe alius manus in faciendis signis mi-
 prodigijs ita tornatiles & ita aureas habuit, id est, nemo ita uelox & potens exitit in huius-
 modi, ex oībus, quicunq; mira in hoc mūdo sunt operati. Qui torno operatur, facilius, citi-
 tius, atq; perfectius operatur. ¶ Sic iste dilectus nimirū longe facilius, multo citius, ualde p̄-
 fecilius, mira quæ uoluit operatus est, q̄ aliquis ex cūctis operarijs uirtutū quicūq; à seculo
 fuerūt. Illi nāq; multo sudore, multis orationū atq; ieiuniorum impendijs, multo clamore
 cordis & oris, aliunde, scilicet ex deo, acquirere siue obtinere meruerūt cuiuslibet quæ uti-
 q; in semetipsis uel ex semetipsis nō habebant) uirtutis effectum: hic autem solo natu, sola
 uoluntate

Psal. j.

Luce. 4.
Esaiæ. 6j

Sermo Chris-
ti in monte.
Marth. 6

Exodi. 20.
Luc. 24.
Iohan. j6

Genæ, exteri-
or cōuersatio

Labia eiꝰ do-
ctina mun-
da & uera.
Marth. 22.

Matth. 3.

Matth. 4.

Luce. 9.
Coloss. 3.

Matth. 6.

Manus torna-
tiles i miracul-
Iohā. j6

Nemo citius
aut uelocius
mira opatus
est q̄ Chrūs.

insolentate, solo imperio, interdum & taciturnus quod uoluit operatus est. Exempli gratia, Cum dixisset in nuptijs, implete hydrias aqua, non solū non clamauit aut orauit, sed nec uoce sua siue labioꝝ motu iussit saltē aut dixit, conuertantur uel conuertimini aquæ in uinū sed de hoc omnino tacitus, haurite nunc (inquit) & ferte architricino, sciens & certus, quod satis sensisset natura taciturni conditoris sui nutum. Nec mirum, Ipse enim erat & est antiquus tornator, qui tornauit cælum & terram, & sphaerica solis & lunæ cunctarumq; corpora stellæꝝ torno suo, id est, imperio uelocissimo. ¶ Vnde manus eius adeo tornatiles? Nimirum ex eo quod sunt aureæ. Quid est aureæ, nisi diuinæ? Substantia namq; uerbi incarnati uerum aurum est, uera diuinitas est; & unde, quod ita uelociter currunt manus eius, quia quibus uis infirmitate carnis obtectæ fuerint, nihilominus tamen tornatiles, ut erant, perseverauerunt, & in nullo infirmatæ siue tardiores effectæ sunt. ¶ Adde & hanc sapientiæ laudem, tanto præconio fortitudinis siue uelocitatis, quia plenæ hyacinthis, lapidibus utiq; preciosis. Quinam sunt illi hyacinthis? Nimirum cœlestes causæ mirabilium ipsorū quæ fecit, quas intendit, quas internis præ oculis habuit sensus interni, sensus pulcherrimi, quos tu, dum cum exteriori opere coniungis, dum clare intelligis, dum oportune eloqueris, nimirum hyacinthos pulcherrimos auro optimo superadditos ostendis. Exempli gratia. Vt illuminaret cæcum à natiuitate expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit super oculos eius & dixit ei. Vade, & laua in natatoria syloe, &c. In hoc nimirum manus eius tornatiles & aureæ claruerunt, quia & uelociter operatus est, & sicut deus in potestate opus fecit diuinū. Adde nunc causas quare taliter operatus sit, cū dicere posset, sicut alij dixit, Respice, fides tua te saluum fecit, & ecce manus eadem plenæ hyacinthis. Quæ nam illæ causæ sunt? Illæ profecto, quas usq; in hanc diem sancta ecclesia diligenter obseruat in cathecuminis suis, prius liniendo oculos eorum fide uel doctrina incarnationis eiusdem dilecti filij dei; in qua uidelicet incarnatione, quasi sputum oris dei, pulueri terræ sese indidit & unus idē; quod deus & homo ad illuminandum genus humanum processit de utero uirginis, & deinde mitrēdo eos in fontem baptismi, quo per spiritum sanctū totus homo illuminatur & uiuit. Uenter eius eburneus, distinctus saphyris. Qualis uenter, quod pulcher, & quod decorus; ueruntamen & caput pulchrius & pulchriores manus. ¶ Nam caput aurum optimū, & aureæ sunt manus, uenter autem eburneus. Pulchrum quidem & preciosum est ebur, sed aurum longe pulchrius, longe preciosius. Sic nimirum humana dilecti huius natura siue substantia, passibilis quondam & tenera, pulchra quidem & preciosa, sed diuina longe pulchrior, longe præciosior, in una eademq; dilecti persona, nunquam passibilis, semper immortalis, ut erat ante omnia secula. Vere pulcher & decorus uenter eburneus, quia siue cut ebur magni corporis, scilicet elephantis, tota pulchritudo, totumq; præcium est: sic iste uenter, uidelicet humanitas siue caro, quam ex genere humano assumpsit, totius mundi maximèq; generis Abrahæ, de cuius semine nasci uoluit decus & gloria est. ¶ Pulchrius nimirum atq; præciosius est ebur carne uel corpore reliquo, de quo sumptum est: & nihilominus caro dilecti huius pulchrior, mundior & incomparabiliter sanctior est omni massa, cuius ex semine sumpta est. Nam uniuersitatis hominum ista conditio est, ut nullus sit qui non ueraciter dicat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: Præter hunc unum & unicum, singularem & solum, quem siue nulla iniquitate, absque ullis peccatis concepi ego mater sua, nunc incorrupta, mater in conceptu intacta, in partu & post partum illæsa & integra. Ita uenter eius eburneus, id est, homo ipse est castissimus, ab omni uicio frigidus, contra omnia quæ sunt carnis & sanguinis ualde solidus, impassibilis & mundus, sanctus, innocens & impollutus, & omnino à peccatoribus segregatus. ¶ Huiusmodi uenter, & si non est aurum siue aureus, ut caput est aurum, & ut sunt aureæ manus: attamen distinctus est saphyris, id est, humanitas eius, & si non est id ipsum quod diuinitas eius, atramen splenduit rebus diuinis, glorificata ē omnimodis priuilegijs diuinitatis ab ipso initio, quo cū uagiret in cunis, famulāte cœlo, & iudice stella, adoratus est à Magis, usq; ad cōsummationē, id est, usq; ad mortē, mortē autē crucis: ubi dū cōpungeret hic uenter clauis & lancea militis, cœlū obscuratū ē, & tenebræ factæ sunt, & uelum templi scissum est, & terra mota est, & petra scissa sunt, & monu-

Iohan. 2.

Manus aureæ a diuinitate

Plenæ hyacinthis, rōnibus sc̄ celestibus.

Iohan. 9.

Luce. 18.

Caro Ch̄ri reliquis longe mundior.

Psal. 50.

Venter saphyris distinctus

Matth. 2.

Phil. 2.

Iohan. 19.

Matth. 27.

menta

Exodi. 24. menta aperta sunt, & cætera deinde facta sunt, quæ tu considerans recte dicas, quia sub pedibus eius quasi opus lapidis saphyri, & quasi cœlû cû serenû est. **L** Crura illius, colûne marmoreæ, quæ fundate sunt super bases aureas. **I** Crura illius uirgines sunt illius, scilicet misericordia, & iudiciû, siue misericordia & ueritas, sicut ait Psalmista: **V**niuersa uirgines dñi misericordia & ueritas. **N**â ueritas ipsa est iudiciû uerû. Crura ista, uirgines, columnæ marmoreæ, id est, rectissimæ sunt atq; firmissimæ, nec est q; possit eas infirmare, aut iustereprehendere. **N**â iudicia dñi uera, iustificata in semetipsa. **E**xpli gfa. **L**oco uel tpe supra dicto, cû penderet dilectus iste crucifixus, latronû duos, medius, alterq; ex eis pœnitentem misericorditer suscepit, secûq; in paradysum assumpsit; alterq; blasphemantem iusto iudicio reprobauit: Cû similiter populum quondam non suû populum gentilem, credentem atque cõsententem assumpsit; & populû quondam suû, populû Iudaicû, nõ credentem, imò contradicentem atq; blasphemantem dereliquit, quis iuste reprehendere, quis immutare possit? **N**emo utiq; quia rectæ sunt istæ uirgines eius uniuersæ. **E**rgo crura illius columnæ sunt marmoreæ, **Q**uid eo quoq; uerius, q; ait, quæ fundatæ sunt super bases aureas? **B**ases namq; aureæ consilia sunt sapietie diuinæ. **D**eniq; super huiusmodi bases ita fundatæ sunt illæ mirabiles columnæ, ut in iudicando siue misericordiâ faciendo dilectus iste nihil possit à semetipso facere. **F**lere potuit sup ciuitatē Hierusalē, subuersionē & damnationē suæ genis prauidens, & tamen animû suû inducere non potuit, ut auerteret ab eis iram imminetent. **S**tabant ergo in inflexibilia crura eius tanq; columnæ marmoreæ super bases aureas, id est, non qualis esset humanitatis suæ uoluntas, sed diuinæ iustitiæ rationes attendebat. **S**pecies eius ut libani, electus ut cedri. **S**pecies eius: pulchritudo eius talis est ut libani. **C**uius libani? **I**llius nimirum, cui per prophetam Zachariam spiritus sanctus: spiritus propheticus dixit. **A**peri libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. **I**ste libanus fuit templum domini, templum quod Salomon domino ædificauit, cuius trabes & tabulata fere omnia fecit de lignis libani, lignis cedrinis auroq; uestiuit. **I**n quo species dilecti similis specie talis libani? **P**rimum in eo quod sicut libanus ille, templum illud, caput & decus extitit, sanctumq; sanctorû Hierusalē illi terrenæ ciuitati: sic iste dilectus & caput & decus & sanctus sanctorû est supernæ Hierlm ciuitati cœlesti, ciuitati dei uiuentis, secûdû mysteria tēpli huius non manufacti, cūcta facta sunt ædificia tēpli illius manufacti, sicut & tabernaculû qd Moyse in heremo iubente dño perfecit. **S**icut em̄ de tabernaculo faciēdo dixit dñs Moyse: **I**ncipice & fac secundû exemplar, qd tibi in monte monstraui: ita & **D**auid spm̄ sanctû, spiritû propheticum habentem, non dubiû quin demonstratû fuerit cœlitus exēplar cœlestis ædificiû, ut describeret qualiter deberet fieri, sicut scriptura libri Paralypomenon dicit. **D**edit aut̄ **D**auid Salomoni filio descriptionē porticus & tēpli, et cellariorû, et coenaculi, et cubiculorum in adytis, et domus propitiationis, nec non et omniû quæ cogitauerat atriorum, et cætera usq; ad id: **O**mnia (inquit **D**auid) uenerunt scripta manu dñi ad me, ut intelligerem uniuersa opa exēplaris. **P**rofecto propheta cû esset **D**auid, q; et dicebat: **S**up senes et sup oēs docentes me intellexi, nõ dubiû quin et ipse oculis eisdē, q; **M**oyse uiderat exēplar tabernaculi faciendi, uiderit exēplar, iuxta qd descriptiones templi faciendi dedit filio suo **S**alomoni: **E**xemplar (inquā) cœlestis, scilicet magnû sacramentû templi nō manufacti, p̄ spiritum sanctû de utero uirginis construendi, id est, corporis sancti, sicut et ipse dilectus testatur, dicēdo **I**udæis: **S**oluite templû hoc, et post tridû excitabo illud. **H**oc aut̄ (inquit **E**uāgelista) dicebat de tēplo corporis sui. **I**gitur spēs eius ut libani, id est, decus ipse est suæ sempiternæ ciuitatis, et sanctû sanctorû illi Hierlm cœlesti, sicut p̄figuratû est in illo tēplo manufacto, in illa Hierlm terrena cõstructio de lignis iputribilibus atq; auro tectis. **N**õ solû aut̄, sed et in hoc spēs eius ut libani, et ipse electus ut cedri: quia sicut libanus mons phoenicis q; ex uno latere terminus est terræ **I**udææ, maximis abudat cedris in semetipso radicatis et in altû subrectis: **S**ic iste mons dei, mons pinguis, uere candidus et mundus scdm̄ hoc ipsum nomen, qd est libanus, magnos et ualde nominatos et ipsos patres suos scdm̄ fidē de semetipso radicatos protulit, quemadmodû de **D**auid, utiq; patre suæ carnis, ipse dicit: **E**go leuis mihi angelû meû testificari uobis hæc in ecclesiis, ego sum radix et gen̄ **D**auid. **I**gitur q; nõ species eius ut libani, et electus est ut cedri, scilicet sancti uel patres antiqui, assimilatus est illis

Exodi. 24.

Psal. 24.

Psal. 78.

Luc. 23.

Bases aureæ,
cõsilia diuina
& imobilia.
Iohan. 5.
Luc. 19.

Zacha. 11.

3. Reg. 7.

Spēs eius ut
libani.

Exo. 25.

1. Para. 28

Psal. 118.

Iohan. 2.

Electus ut
cedri.

Psal. 67

Apoc. 22

est illis quemadmodum in Osee propheta dicit: Et locutus sum p prophetas, & ego uisiones
 multiplicauit, & in manu prophetarum assimilatus sum. Ex epli gratia. Sicut Isaac ad immo-
 landu ductus, no reluctatus est ipse, tamen uiuus holocausto suo supfuit: & sicut Ioseph in
 uidea fratru supata de carcere transiit ad curru dominationis, & Aegyptu de periculo fa-
 mis eripuit: & sicut Dauid, cu esset minimus de medio fratrum inuidentiu assumptus, &
 rex unctus superbū Goliad strauit, & post multas persecutiones Saul, tandē sedit in throno
 regni: sic iste dilectus inter aduersa gloriosus claruit, omniq; inuidia & ipsa morte supe-
 rata, in caelum ascendit, & sedet a dextris dei, iuxta illud: De torrente in uia bibet, propter
 reu exaltabit caput. Similiter de alijs q plurimis expimenta capere copiosa promptu est, ut
 scienter noueris ita esse, ut dilecta dicit, electus ut cedri. Finis descriptionis hic est. **¶** **B**ut
 rur illius suauissimum, & totus desyderabilis. ¶ Guttur dilecti experimentu est diuine
 eius dulcedinis, quæ nondū apparuit, sed in futuro reseruatur in remunerationē presentis
 fidei ac dilectionis, quemadmodum ipse dilectus dicit. Qui aut diligit me, diligetur a patre
 meo, & ego diligam eū, & manifestabo ei meipsum. ¶ Guttur illud suauissimum inquit: &
 nō dicit q suauē uel cui simile sit. Cæteroz singulis qdā similia dedit siue apposuit, uideli-
 cet capiti aurū optimum, comis elatas palmarū, oculis columbas super riuulos aquarū, genis
 areolas aromatu, labijs lilia, manibus tornū, & aurum cum hiacynthijs, uentri ebur distin-
 ctum saphiris, cruribus columnas marmoreas cum basibus aureis. Porro guttur (ut iam di-
 ctum est) nulli rei simile, sed tantummodo suauissimum dixit: ut per hoc recogites ineffabi-
 lem atq; inæstimabilem esse internā dulcedinem diuinitatis, ut merito dictū sit, illud quod
 deus diligentibus se præparauit, quale nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-
 nis ascendit. Sed nec cæteroz, de quibus iam dictum est, similitudines sufficētes sunt. ¶ Vno
 autē dicto supplere contendit defectum totius sermonis, dicendo, & totus desyderabilis.
 Vere totus desyderabilis, & semper desyderabilis, quia cum habetur, tunc magis desyder-
 rantur, estq; uisio eius in desyderio, desyderiū in uisione, sicut scriptū est, in quē desyderant
 angeli spicere. **¶** **T**alis est dilectus meus, & ipse ē amicus meus, filie Hierusalē. ¶
 Quo potuit, sermo descripsit uirū amabile, dilectū, desyderabile. Nō talis pictura hæc, q
 lem aspexit illa nō mater nostra, illa Hierusalē terrena, imō nō Hierlm, sed Ooliba soror e-
 ius q dicebatur Oolla, de qua et sic scriptum est in propheta Ezechiel. Cunctq; uidisset uiros
 depictos in pariete, imagines expressas coloribus & accinctos baltheis renes, & thyras tin-
 ctas in capitibus eorū, formā ducū omniū similitudinē filiorū Babylonis terræq; Chalda-
 eorū, in qua nati sunt, insaniuit sup eos cōcupiscentia oculoz suoz, & misit nunciū ad eos in
 Chaldaea. Nō (in q) talis pictura hæc: uerūtamen æmulamini in melius uisum illū & cōcu-
 piscētiā illā. Humanū dico (ait quidā amicos) propter infirmitatē carnis uestre. Sicut em̄
 exhibuistis mēbra uestra seruire immūditatē & iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete mē-
 bra uestra seruire iustitiæ in sanctificationē. Et ego uobis dico. Sicut illa uidelicet nō Hie-
 rusalem, sed Ooliba exhibuit oculos suos uidere uiros depictos in pariete, uidere imagines
 Chaldaeorū expressas coloribus, uidere baltheos eoz, thyras eoz, & formā eoz: ita nunc
 exhibete oculos uestros, oculos interiores, uidere dilectū hunc, uidere aureū caput eius, ni-
 tentes oculos eius, reuerendas genas eius, candida & gratiosa labia eius, tornatiles & aure-
 as manus eius, eburneum & saphyris distinctū uentrem eius, rectissima crura eius, & tan-
 gite suauissimum guttur eius, iuxta illud: Gustate & uidete quoniam suauis est dñs. ¶ De o-
 mnibus iustū iudiciū iudicate, uidelicet quod iste multo melior sit Moysē. Hoc em̄ postu-
 labat ipse, cu diceret Iudæis. Si circumfisionē accipit homo in sabbato, ut nō soluatur lex
 Moysi, mihi indignamini: quia totū hominē sanū feci in sabbato: Nolite iudicare scdm sa-
 crā, sed iustū iudiciū iudicate. Nā illi quidē locutus est deus, & ex colloctione dei facies ei-
 us splenduit: sed nō caput aureū, nō manus tornatiles & aureas habuit, id est, non deus &
 homo, sed tantūmodo homo fuit: & hoc ipsum, q splēdida facta est facies eius, qd aliqua
 operatus est qualibuscūq; manibus, de plenitudine huius accepit, sicut & oēs aliq. Talis in-
 quam est dilectus meus, & ipse est amicus meus, & prius amicus q dilectus meus. Prius
 enim ille me amauit: & respexit humilitatem ancillæ suæ amicis oculis, & hinc illum e-
 go dilexi, quia magna fecit mihi, magna inquam, quæ uere sunt amici,

Osee. 12.
 Gene. 22
 Gene. 41.
 j. Reg. 16.
 Psal. 109
 Iohan. 14.
 Esa. 64.
 1. Cor. 22
 Torus des-
 yderabilis
 1. Pet. 1.
 Hierlm non
 uera, sed ter-
 rena.
 Ezech. 27
 Roma. 6
 Talis est dile-
 ctus meus.
 Psal. 33
 Iohan. 7
 Exodi. 34
 Iohan. 5.
 Luce. 5.

Hoc aut

CAP. VI.

Hoc autem nunc agitur, ut uester quoque dilectus sit, & ut sciatis uel cognoscatis iam ex parte, quod uere diligendus & totus desiderabilis sit, quia dixistis, qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos. **L. Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinavit dilectus tuus & querimus cum tecum? Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatis, ut pascatur in ortis & lilia colligat.** Ergo o dilecta & dilectissima, non quasi ignorans, quo abisset dilectus tuus dixisti filiabus Hierusalem, adiuro uos, si inueneritis dilectum meum, nam ipse potius ex te descendum existimauerit, & tu doces eas, ubi nam inuenire deberent illum. Quare autem non dixisti, dilectus meus ascendit in celum: sed dixisti, dilectus meus ascendit in ortum suum. Videlicet quia non adhuc infidelibus, sed iam fidelibus loqueris. s. filiabus Hierusalem, quippe quae nec ueraciter dici possent filiae Hierusalem, si non haberent fidem: nisi dilectum surrexisse atque in celum iam ascendisse credidissent. Hoc autem scire illas oportebat ad perfectionem fidei, quod licet ascendisset in celum, & sederet ad dexteram patris: nihilominus tamen hic remansisset, praesentia maiestatis, praesentia uel gratia siue operatione diuinitatis inuisibilis, quemadmodum dicit: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. **L. Igitur dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatis, ut pascatur in ortis, & lilia colligat, id est, hic perseverat nobiscum, quo semel descendit, ut faceret uoluntatem patris sui, quod est pasci in hortis, quemadmodum dicit: meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei, & ut electos suos congregaret ad se, quod est lilia colligere, quemadmodum quidam de principibus amicorum dicit de hoc ipso dilecto, quia moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregarent in unum.** Cum haec ita sint, non ita uobis dilectum arbitramini filiae Hierusalem, adiuro uos, si inueneritis dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore langueo, tanquam hinc abierit, & hic nullo modo inueniri possit, quia deus et dominus est, qui ubique est, et omnia implet, quemadmodum sapiens cognitor eius dicit: Ergo ne putandum est, quod deus habitet super terram? Si enim caelum, et caeli caelorum capere te non possunt, quantum magis domus haec quam edificauimus. Quis secundum uisibilem praesentiam hic non sit, quod uis humanam formam in celum leuauerit, eamque nubes susceperit ab oculis nostris: tamen hic intra uos est, et uos illi estis areola aromatis, et ipse pascitur in uobis, et uos estis lilia quae colligit.

Dilectus meus ascendit in ortum suum

Mat. ultimo.

Iohan. 4

Iohan. 11
Christus, ut deus, ubique est

3. Reg. 8.

Actu. j.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
DE INCARNATIONE DOMINI
COMMENTARIORVM
LIBER SEXTVS.

Digna laudari a dilecto Maria.

Cant. 4.



NTEQVAM FIERENT EMISSIO-
nes tuae paradyfus malorum puniceorum cum pomorum
fructibus laudabilis eras et pulcherrima mulierum, et dile-
cti tui uoce laudabaris, dicentis: Quam pulchra es amica
mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum, absque eo quod in
secus latet et caetera. Quantum magis postquam ad uocem eius
pulsantis, et propter manum eius te tangentis, surrexisti ut
aperires ei, et aperuisti pessulum ostij tui, factusque est ille
emissionum tuarum paradyfus, uerbis atque exemplis tuis
complantatur, laudari debuisti ampliori laude pulchritudi-
dinis, quam esses pulchra non solum tibi, sed pulchritudinis
tuae facti essent participes plurimi. Repetit iterum dile-
ctus canticum laudationis, et modulos multiplicat pulcherrimae cantionis in memoriam
tui, talibus uerbis te praemittente. **L. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pasci-
tur in**

ctus canticum laudationis, et modulos multiplicat pulcherrimae cantionis in memoriam
tui, talibus uerbis te praemittente. **L. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pasci-**

tur inter lilia. Pulchra es amica mea, suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de laua-
 cio. Omnes gemellis foetibus, & sterilibus non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; occultis tuis. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubine, & adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. Uiderunt illam filie, & beatissimam predicauerunt, reginæ & concubine laudauerunt eam. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Ego (inquis) dilecto meo, subaudiit pessulum ostij mei aperui, uocis meæ obsequium præbui, ut audirent, & nō nescirent filia Hierusalē, quæ illis ipse sit dilecto (inquam) meo, qui pascitur inter lilia, id est, qui corda munda, & casta diligit corpora, & dilectus meus, subaudiit, uicem reddit mihi laudationis ac beatificationis, canticum suum, ac perfectione cantici ueluti octo chordis. Ipse est enim & psalterium & cithara dei patris, cui pater in Psalmo dicit: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Fiebat autē antiquitus citharæ octo chordis, ea lege, ut octaua eadem esset quæ prima, quam symphoniam maximam musici nominant dyapason. Considerate igitur canticum istud, quomodo currit modulus octo bene sonantibus, ita ut sonus octauus idem sit qui primus, terribilis ut castrorum acies ordinata. Nam primus modulus est, pulchra es amica mea, suavis & decora, sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Secundus, auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Tertius, capilli tui, sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Quartus, dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de laua-
 cio. Quintus, sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; occultis tuis. Sextus, sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus, una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. Septimus, uiderunt illam filie, & beatissimam predicauerunt, reginæ & concubinae laudauerunt eam. Octauus, quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Igitur perfecta cantio maximaq; hæc symphonia dilectionis est, & modulus octauus idem sonat quod primus, pro eo quod non contenta ego propria fidelitate, studui chorū filiarum Hierusalem docere & ordinare, ita ut unus idemq; cœtus & chorus esset & castrorum acies, chorus laudantium dilectum, acies pugnantium cōtra diabolum propter dilectum. Nunc singula hæc modulamina studiosius addiscenda sunt. Pulchra es (inquit) amica mea, suavis & decora sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. In hoc pfectio pulchritudinis, quod non solum suavis, nec solum terribilis, sed utraq; es & suavis & terribilis: suavis sicut Hierusalē, terribilis ut acies castrorum quæ bene ordinata est. In quo suavis & decora sicut Hierusalem. In eo uidelicet, quod & anima tua semper supernam uidet pacem, & ex uisitatione tui discunt animæ plurimæ cœlestem ducere cōuersionem, unde & dicunt uel sunt filie Hierusalē, quia optimam eligunt partem, iuxta illud, uacate & uidete, quoniam ego sum deus. Quod uero est, ut castrorum acies ordinata. Non enim à magno intellectu uacat ista comparatio, & idcirco subtiliter est intuenda. Scimus & constat, quia castrorum acies tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata atq; densata, ut in nullo loco interrupta uideatur. Nam si ita disponitur, ut locus uacuus, per quem hostis possit ingredi dimittatur, profecto iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo cum contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponimus, summopere necesse est, ut per charitatem semper uniti atq; cōstricti & non interrupti per discordiam inueniamur: quia quis quælibet bona in nobis fuerint, si charitas desit, per malum discordie locus aperitur in acie, unde ad feriendos nos ualeat hostis intrare. Huius partis optimæ tu totam hæreditatem possides, & in ea princeps tu es: partis (inquam) optimæ, cuius est & in suauitate uidere iam uel contemplari supernam pacem secundū nomē Hierusalē, & contra malignos spiritus in procinctu esse secundum castrorum similitudinem. Verumtamen o dilecta, o uera Hierusalem fac quod dico. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Et tunc quando me præsentem habui

Psal. 76. et 707
Canticū pfe sū
in Octauis

Octo moduli
huius cantici

Chorus & acies
castrorum.

Suavis & terribilis.

Psal. 46.
Vt castrorum
acies ordinata.

Per discordiam
dat hosti locū

f habui

LXII. RVPERTI IN CAN. CANTICO. CAP. VI.

habuisti presentia corporali, oculos tuos, oculos tam mentis quam corporis semper in me
fixos habuisti: & nunc, quando secundum corpus absens tibi sum, me spiritualibus oculis
iugiter contemplaris. Auerte oculos tuos, auerte (inquam) uidelicet ita, ut prudens & discre-
ta sit contemplatio, sciendo quod sim incomprehensibilis ego dilectus tuus, ex eo quod
sum deus, cuius substantiam uel naturam quanto quis contemplatur subtilius, tanto ad com-
prehendum in sufficiens inuenitur, ut de isto quoque recte dicas: Accedet homo ad con-
altum, & exaltabitur deus. Ergo ne bonum est hoc placitumque dilectio, propter causam
hanc auertere oculos? Est plane bonum aliquo modo, scilicet dum sic à me auertis, ut in te
metipsam conuertas oculos tuos, id est, dum sic altissimam diuinitatem contueris, ut reuo-
ces ad memoriam infirmitatem tuam infirmæ conditionis, & optime scias, quia hoc ipsum
quod deum uides, non tuæ potentia sed diuinæ gratiæ est. **L** Capilli tui sicut grex cap-
rarum, que apparuerunt de Balaad. Bentes tui sicut grex ouium, que ascende-
runt de lauachro. Omnes gemellis foetibus & sterilibus non est in eis. Sicut cortex
mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. ¶ **V**t quid ista dilectus laudationis modus
lamina repetit, cum inter cætera superius eadem & eodem modo cecinerit: nisi quia dupli-
ci honorificentia dignum est, eandem mundiciam cogitationum, eandem uitæ innocentiam,
eam, eandemque pudicitia uerecundiam, quam prius habuisti in solitudine silentij, custodisse
ad integrum in illa frequentia, cui te interesse posebat utilitas euangelij, secundum uo-
luntatem dilecti pulsantis & dicentis: aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est
rore, & cincinni mei guttis nocturnum: Et de istis quidem uidelicet de capillis, dentibusque
genis, iam illic dictum est: ueruntamen de genis adhuc aliquid dicendum, quod libenter
audiant amici, quo edificentur adulescentulæ, quo delectentur filia Hierusalem. ¶ In ute-
ro nos ita natura formauit, ut genua genis opposita sint. Vnde & à genis genua dicuntur.
Ibi enim coherent sibi, & cognata sunt oculis, lachrymarum indicibus & misericordiæ.
Denique complicatum aiunt gigni formarique hominem, ita, ut genua sursum sint, quibus oca-
li formantur, ut caui fiant ac reconditi. Inde est quod homines, dum se ad genua proster-
nunt, statim lachrymantur. Voluit enim nos natura maternum rememorare uterum, ubi
consedebamus in tenebris, antequam ueniremus ad lucem. ¶ Profecto qui causam istam
diligenter attendit, ille scienter atque rationabiliter laudat & approbat, sanctis & eruditus cog-
itationibus familiare esse, genua frequentius excelsio deo curuare, & genas lachrymas
genibus curuis applicare, ut respiciat ac recogitet creator habitans in excelsis, qualiter nos
in utero formauerit. Vnde & illud sanctus Iob commonefacit his uerbis: Memento quæ-
so (inquit) quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me & cætera: usque, licet hæc coe-
les in corde tuo, tamen scio quod uniuersorum memineris. Non paruum inuentum repe-
rit qui istud consecutus est, ut scienter sic exhibeat creatori, sicut reperit Propheta Miche-
as, cum dixit: Quid dignum offeram domino? Curuam genu deo excelsio. Nec uero soli
deo, uerum etiam hominibus dulcis uisus & amabilis est huiusmodi compositio siue apposi-
tio, tantoque quisque magis reuerendus existit, quanto frequentius atque affectuosius genua cur-
uans, genas suas uel oculos aut totum caput demiserit. ¶ **E**contra capitis oculorumque ac ge-
narum erectio nimia, multum deo & hominibus odibilis est, magnamque sonat uituperatio-
nem talium reprehensio, maxime ex ore dei: Exempli gratia, cum dicit: Pro eo quod eleua-
tæ sunt filia Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaude-
bant & cætera. Item: Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ in altum subreptæ.
Tu o dilecta naturam condecorasti, quæ genas tuas ad nullius uiri aspectum subleuare pri-
ma proposuisti, soli que creatori mente & corpore humilis sapienter inclinasti, duce & magi-
stro spiritu sancto, in quo dicit pater tuus fidelis David: Venite adoremus & procidamus,
& ploremus ante dominum qui fecit nos. Sequuntur autem te utriusque sexus plurimi, qui-
bus optime placet id quod audiunt, sicut cortex mali punici, ita genæ tuæ absque occultis
tuis. **L** Sexaginta sunt regine & octoginta concubine, & adulescentularum non est
numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matri sue, electa genitrici
sue. ¶ **Q**uid est hoc dicere: nisi quod & si multæ sunt fideles, & propter fidem, quæ per dile-
ctionem in eis operatur, laudabiles: nulla tamen earum tibi similis est, sicut ueraciter prædica-
mus, ga

Prudens & dis-
creta contem-
platio. Psal. 63.

Cur repetit
tres modulos
laudis.

Genæ & genua
in utero ma-
terno coniu-
cta sunt.

Offerenda sunt
deo & genua
curuata & ge-
næ lachrymo-
sæ. Iohan. 30.

Mich. 6.

Genæ & oculi
alti, deo homi-
nibusque odia-
biles. Esa. 3.
Prouer. 30.

Psal. 94.

Gala. 7

mus quia nec primam similem uisa es, nec habere sequentem. ¶ Nam reginae recte dicuntur illae animae, quae perfectae charitatis sunt, in eo uidelicet quod eundem dilectum tuum sequentes, nihil terrenum sed ipsam solum quaerunt, nec propter metum gehennae, sed propter amorem uitae aeternae peccatum fugiunt, uirtutemque amando, iniquitatem oderunt: concubinae uero sunt illae, quae sub timore seruiunt, nec eius perfectionis, ut super praecipuum uelint addere consilium, scilicet hoc, ut relictis omnibus solum sequantur hunc dilectum, habentes quidem in fundamento Christum, sed nihilominus amantes aliqua quae huius mundi sunt. Quid porro uolunt sibi numeri isti decem senarius atque octonarius: Valeret ne aliquod nomen scripturae huius, quod est, שִׁירֵי יְרוּשָׁלַיִם hoc est cantica canticorum. Valet utique, quia primam symphoniam efficiunt, quam musici nominant diatessaron. Est enim in eis habitudo, quam Epitriton, id est, sesquiterciam dicunt, quia maior numerus uidelicet octoginta, minorem numerum, scilicet sexaginta, totum in se continet, & eius insuper tertiam partem, id est, uiginti. Et haec proportio numerorum in musica sex reddit dyatessaron, quod interpretatur de quatuor, & idcirco sic uocatur symphonia haec, quia de quatuor chordis siue uocibus constat, cum duobus tonis habens semitonum. Igitur sexaginta reginae & octoginta concubinae, id est, animae quae sunt uerbo dei insistant, & uerbi dei ita participes factae sunt, ut facere possint doctrinae fructum: meritis quidem, secundum quod supra dictum est, differunt, sed fidei consonantiam per unitatem confessionis in auribus dilecti suauiter resonant. ¶ Quomodo autem numeri isti octonarius & senarius, qui hic multiplicauerunt denarium, ob inuicem differunt: ut merito per senarium reginas, & per octonarium uoluerit designare concubinas? Videlicet eo differunt, quod senarius numerus perfectus, octonarius uero imperfectus ac diminutus, atque usque ad extremas unitates secabilis est. Perfectus quippe est, & perfectiorque primus numerorum senarius, quia suis ex partibus constituitur. Habet enim dimidiam, id est, tres: tertiam, id est, duo: sextam, id est, unum: quae partes siue mul collecte senarii summam restituunt. Porro octonarius in suis partibus seipso minor est. Habet enim dimidiam, id est, quatuor: quartam, id est, duo: octauam, id est, unum: quae partes simul collectae, septenarium faciunt, minorem uidelicet summam ipso octonario, cuius partes sunt. Claret igitur & ista causa, cur senarius reginis, & octonarius concubinis, magisque octonarius reginis, & senarius congruat concubinis. ¶ Adolescentulaz non est numerus, id est abudant in euangelio plures que ad coelestes pertineant thalamos, iuxta illud: Annunciaui & locutas sum, multiplicati sunt super numerum. Adolescentulaz namque recte dicuntur, quae non dum salte ad timorem dei profecerunt, & propter hoc custodia indigent uel magisterio hominum, quia nec dum intus diuini timoris seu amoris habent magisterium, & multae ex hominum aetatem perueniunt, aetatem interioris hominis, quam quidam amicorum insinuans, octo curamus ait in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Iesu Christi. ¶ Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genitrici suae. Vna (inquit) est, & simile non habet. Omnino nec inter reginas ulla similis huic est. Cui matri suae una, cui genitrici suae est electa. Nimirum matri suae Hierusalem una est, illi Hierusalem, quae sursum est, quae est in oim nostrum, & genitrici suae, scilicet antiquae ecclesiae electa est, ecclesiae patriarcharum & prophetarum ac regum iustorum, quorum de carne progenita est, quorum secundam fidem benedictionis, quae ad illos repromissa erat, ianua uel materia est. Et illi matri, & huic genitrici una & electa est: quia nec inter angelos, nec inter homines similem uel primam habet, uel sequentem habitura est: uere coluba, quia gratia plena, uere electa, quae non solum salua existeret, uerum etiam ipsam salutem pareret. ¶ Uiderunt illam filiae, & beatissimam praedicauerunt, reginae & concubinae laudauerunt eam. ¶ Hoc ipsamet prauidens ac praenosens, cum dixisset: quia respexit humilitatem ancillae suae subiunxit atque ait: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Nonne ut secundum praesentem litteram hoc dictum sit, & generatio reginarum, & generatio concubinarum, & generatio adolescentularum: nonne (inquit) omnes istae generationes beatam dicent illam? Reuera, & si impares meritis, attamen fide consimiles: ecce uident illam, ecce contemplantur illam unam, illam electam, & cum admiratione ineffabili uoces extollunt iugiter ex omnibus locis suis, talem laudantes,

Perfectiores
aia, regia, im
pfectiores, co
cubinae dar

Mat. 19

Numeri sexagi
ta & octogin
ta faciunt dyas
tessaron i mu
sica.

Cum numerus
senarius regi
nis, octonari
concubinis at
tribuitur

Adolescentu
larum non est
numerus.
Psal. 39

Ephe. 4.
Mater, super
na Hierusale
genitrix, ue
tus ecclia pa
trum.
Gala. 4

Luc. 1.
Beam me di
cent omnes
generationes

dantes, talem beatissimā prædicantes, non solum hic in isto exilio mortalitatis, uerum etiam
& multo amplius in illa prima uitæ & immortalitatis, ubi uident eam dominantem, & do-
minando possidentem regnum dilecti, eo uidelicet iure, quo decet matrem possidere re-
gnum filij sui. Et quid dixerunt laudantes, & beatissimam prædicantes? **Que est ista,**
que progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis
ut castrorum acies ordinata. Quam pulcher ordo in ista laudatione, in ista tuæ pulchri-
tudinis o beatissima prædicatione. Primum consurgens ut aurora, deinde pulchra ut luna,

Quasi aurora
consurgens Ma-
ria

Pulchra ut lu-
na

Electa ut sol.

Mariæ hono-
rat filij & oēs
sancti.

Exo. 20.

Gal. 4.

Lex, sicut

nux est.

2. Cor. 3

Parabola de
agricolæ uineæ
Matth. 21

Descendi i hor-
tum nucum.

Esa. 67.

Luce. 4

Esa. 7.

deinde electa ut sol. Quando nata es o uirgo beata, tunc uera nobis aurora surrexit, auro-
ra prænuncia diei sempiterni: quia sicut aurora quotidiana finis præteritæ noctis, & initium
est diei sequentis: sic natiuitas tua, natiuitas ex semine Abraham, clara ex stirpe Dauid,
ad quos cum iuramento dei facta est repromissio benedictionis: finis dolorum, & consola-
tionis fuit initium: finis tristitiæ, & lætitiæ nobis extitit principium. ¶ Quando autem spiri-
tus sanctus in te superuenit, & filium uirgo concepisti, uirgo peperisti tunc tu & ex-
tunc pulchra pulchritudine diuina: pulchra (inquam) non quomodo cumq; sed ut luna. Si-
cut enim luna lucet, & illuminat luce non sua, sed ex sole concepta: sic tu o beatissima, hoc
ipsum quod tam lucida es, non ex te habes, sed ex gratia diuina, gratia plena. Quando autē
de hoc mundo assumpta atq; ad æthereum thalamum translata es, tunc tu & ex tunc ele-
cta ut sol, electa (inquam) nobis, quia sicut ex te natum dei filium solem uerum, solem æter-
num adoramus & colimus ut deum uerum: sic & te honoramus atq; ueneramus, ut ueri
dei genitricem, scientes quia totus honor impensus matri, sine dubio redundat in gloriam
filij. ¶ Et quidem natura non tu idem es quod ille sol, sed nihilominus tanta es, ut te hono-
ret ipse sol, honore, quo decet filios honorare parentes suos. Qui enim dixit: Honora pa-
trem tuum & matrem, non dubium, quin & ipse honoret, & ab omnibus amicis suis suam
uelit honorari matrem. Finis cantici idem sonat quod principium, terribilis ut castrorum
acies ordinata, sicut superius iam dictum est. ¶ Protinus uero, quod dixerat o dilecta filia
Hierusalem, percunctantibus quo abiisset dilectus tuus, dilectus meus descendit ad
areolam aromatis ut pascatur, in ortis, ipse gratanter acceptum, confirmat his uerbis:
Descendi in ortum nucum, ut uiderem poma conuallis, & inspicerem si florisset
uinea, & germinassent mala punica. Ita soror mea ut nouissime dixisti. Ego descendi,
uidelicet de coelis in ortum meū, ortū nucū, factus sum enim ex te muliere, factus sub le-
ge, quæ nimirum lex sic mihi est tanquam ortus nucum. ¶ Deniq; sicut nux sub amaro
cortice, intra testam duram, dulcem & ad uescendum suauem continet nucleum, ita sub
amara uel occidente litera, & durissimo iugo cærimoniarum, suauem atq; uiuificantem con-
tinet spiritum. Ad quid huc descendi? Ut uiderem poma conuallis, & inspicerem si floru-
isset uinea, & germinassent mala punica. Verum quod econtra euenit, illud cantabile
non est, ad Cantica Canticorum non pertinet: siquidem respicias causam illorum, qui illi
descensui meo nimis ingrati fuerunt. Amici nostri & filia Hierusalem adulescentulæ no-
stræ iam dudum rem gestam bene nouerunt, secundum illam parabolam quam dixi, quæ
est huiusmodi. Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam & sepe circumdedit ei, &
fodit in ea torcular & cætera, usq; nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Vere-
buntur filium meum. Agricola autem uidentes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres.
Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eiecerunt eum
extra uineam, & occiderunt eum. ¶ Secundum (inquam) parabolam illam, ego descendi
in ortum nucum, id est, sub lege factus sum, ut uiderem poma conuallis, id est, ut consolaretur
eos qui me expectabāt in spiritu humilitatis, iuxta illud: Spiritus domini super me eo quod
unxerit me dominus. Ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis cor-
de, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem & cætera. Non solum au-
tem, sed & ut inspicerem, si florisset uinea: illa nimirum uinea, de qua scriptura prophæta
dicit: Uinea facta est dilecto in cornu filio olei & cætera, usque, uinea enim domini exerci-
tuum domus Israhel est. At illi agricolæ eiecerunt & occiderunt me. Veruntamen licet
hæc mihi fecerint, aliqua pars eorum tandem penitens istud cantabile dixit. **Misisti**
anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab. ¶ Vbinam hoc di-
ctum su

Etum fuit: Cum dicerent eis amici nostri, certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia dominum eum & Christum deus fecit hunc Iesum, quem uos crucifixistis: His auditis compuncti sunt corde & dixerunt ad eos. Quid faciemus uiri fratres? Et quidam talium notissimus ita dicit. Fui blasphemus & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam cōsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. His atq; alijs modis dixit pœnitens synagoga siue aliqua synagogæ pars. Nesciui, anima mea cōturbauit me, propter quadrigas Aminadab. Quare autem sic dixit: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab, & non dixit, conturbauerunt me quadrigæ Aminadab? Considerate amici prius ipsas quadrigas Aminadab, & uidebitis multum pertinere ad rem, quod dicit, anima mea conturbauit me, & non dicit, quadrigæ conturbauerunt me. ¶ Quadrigæ Aminadab quatuor sunt euāgelica sacramēta dilecti, uidelicet incarnatio uel diuinitas ei⁹, passio ei⁹, resurrectio ei⁹, & ascensio eius. ¶ Propter huiusmodi quadrigas aia mea (inquit) conturbauit, id est, cœtus pharisaicus in seditiones excitauit me, ut talium quadrigarum cursum non possem discernere, uidelicet præuenta quadrigarum earundem non bona æstimatione, secundum situationes & iniqua consilia illius talis animæ meæ. Cœtus nanque pharisaicus erat uel esse debebat anima mea, id est, ita plebem uiuificare uel regere, sicut corpus uel omnia membra corporis uiuificat uel uegetat anima: utpote magistri uel sapientes, legem & prophetas scientes, imò & totam clauim scientiæ tollentes. Talis anima mea conturbauit me, ut ad scientiam non possem introire, & intelligere quadrigas Aminadab, quod testimonium eis perhiberet lex & prophetæ. ¶ In quo uel unde dilectus Aminadab? Quo pertinet uel ut tali in re uocaretur Aminadab? In eo nimirum, quod unus idemq; dilectus, rex est & pontifex magnus, & in se uno personam utranq; coniunxit, uidelicet sacerdotis & regis: secundum typum uel similitudinem illius uiri Aminadab, qui cum esset de tribu regia, scilicet de tribu Iuda, dedit filiam suam in coniugium homini sacerdoti Aaron de tribu Leui, sicut in Exodo scriptum est. Accipit autem Aaron uxorem Elizabeth, filiam Aminadab, sororem Naafon, quæ peperit ei Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. ¶ Et ille qui dicitur Aminadab, filiam suam semel datam illi Aaron, ad semetipsum non reduxit aut redocere debuit: iste autem Aminadab, iste dilectus & primogenitus, sacerdotium suum quod semper ante Moysen & Aaron primogenitorum fuit, pro tempore autem & propter quandam dispensationem, de qua multa essent dicenda, præstitum est tribui Leui: sacerdotium inquam suum exultando, & quadrigis iam dictis uiam suam currendo, repetijt & ad se reduxit, in omnibus spontaneus, sponte incarnatus & natus, sponte passus, & in ipsa passione sua ipse sacerdos & ipse hostia sponte factus, secundum hoc ipsum nomen Aminadab, interpretatur enim populi mei spontaneus: Non solum autem sacerdotium suum ita repetijt & ad se reduxit, uerum etiam ad antiquam speciem formamq; pristinam reuocauit sicut in spiritu prædixerat Dauid: Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Igitur anima mea conturbauit me, ait, propter quadrigas Aminadab: uidelicet malo zelo ipsa turbata & confusa præ inuidia, causam suam quasi dolendam declamans, eo quod cursores siue aurigas quadrigarum istarum audisset, dicentes, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses, Et multa his similia, seu ante seu postquam cursum suum perfecit iste Aminadab. Voces autem eiusdem Aminadab currentis in quadrigis suis erant huiusmodi. I Reuertere reuertere Sunamitis reuertere reuertere, ut intueamur te. ¶ Tu (inquit) o Sunamitis, id est, captiua uel despecta, tu o fides, ueri sacerdotij, dignitas, propter carnales cærimonias penè obliuioni tradita, ita ut nesciat neque recogitet synagoga, quia non per legem, sed per te, scilicet per fidem, iustificatus est pater eius Abraham, sicut scriptum est: Credidit Abraham deo & reputatum est ei ad iustitiam, reuertere & iterum dico reuertere, & tertio dico reuertere, & quarto dico reuertere, uidelicet secundum istas quadrigas meas. Nam et ad hoc natus et ad hoc passus sum, ut tu reuertaris, et resurgens atq; ascendens in cœlū, reuersionem tui inclamare non destiti. Cunctis reuertaris, tu mihi es Sunamitis, quæ uel me uel patrem meum antiquum dierum calefacias secundum similitudinem hanc. Et rex Dauid senuerat, habebatq; ætatis plurimos

Actu. 2.

1. Timo. 1.

Quadrigæ Aminadab

Aia mea cœtus pharisaic⁹

Luce. 11.

Cur Chr̄s hic dicit Aminadab, quia rex et sacerdos.

Exo. 6.

Psal. 109.

Nō p legē, s; per fidem iustificatus est Roma. 4. Gene. 15.

3. Reg. 1.



dies. Cunctq; operiretur uestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui. Quæramus domino nostro regi adolescentulam uirginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatq; in sinu eius, & calefaciat dominum nostrum regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israhel, & inuenerunt Abyfach Sunamiten, & adduxerunt eam ad regem, &c. ¶ Hæc denique, sicut & alia sunt per allegoriam dicta, & inter omnia, quæ in figura contingebant, sunt æstimanda. Vestimenta enim, quibus eum operiretur rex Dauid senex, non calefiebat, carnales carimonie sunt, quas ille antiquus dierum deus cum sibi offerrentur, non delectabiliter accipiebat, imò dicebat. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Et multa his similia. Porro Sunamitis puella speciosa, sola digna est stare coram deo rege, & in sinu eius dormire, ipsamq; calefacere, id est, bene calentem charitatis eius gloriam, scilicet remissionem peccatorum obtinere. Tu ergo Sunamitis reuere, ut intueamur te, id est, unde iustificatus est Abraham, inde iustificari sperent omnes qui uolunt esse uel ueraciter dici filij Abraham, scilicet non ex lege, sed ex fide: & nos intuebimur te, nos gaudebimus super te. Notum hoc debet esse amicis, imò adolescentularum multitudini, & ideo dico eis. **Quid uidebitis in Sunamite, nisi choros castrorum?** ¶ **Quid inquam aliud?** Nunquid sanguinem uictimarum? Nunquid circumcisionis cauterium? Nihil omnino nisi choros castrorum, id est, laudes sue uocantiones præliantium, prælia laudantium siue cantantium, quod suauissimum, quod uere est pulcherrimum. Immola deo sacrificium laudis (ait ipse in Psalmista) & reddet altissimo uota tua. Laudando chori præliantur, præliando castra laudant, & omnino est iustitiæ dei subijci, non suam uelle statuere iustitiam. Nihil aliud uidebitis, aut uidere desiderabit: sed & si quis uestris ò amici auditoribus ostendere uoluerit, uos cum spiritu sancto, spiritu consilij e contra dicetis. Visum est enim spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam hæc necessario, ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, & ea quæ uobis fieri non uultis, alijs ne feceritis. A quibus custodientes uos, bene agetis. Igitur hoc solum in euangelio uidentium atque prouidendum est secundum fidem patrum, ut sint chori castrorum, chori in una fide, dico id ipsum, castra resistendo usque ad sanguinem contra peccatum. **Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis, filia principis.** ¶ Tibi dico o Sunamitis, cui dixi reuere, & quæ iam reuerteris, te appello filiam principis, & hæc dico tibi, quia pulchri sunt pedes tui in calciamentis. Quæritis ne adolescentulæ, cur Sunamiten iam dictam nominem filiam principis, uel cuius dicam filiam principis? Dicite hoc ex amicis, & ex illo præcipue, cuius in anima ualde claruit illa reuersio, quam inclinans dixi, reuere reuere Sunamitis. Insigniter quippe reuersa est anima illius de lege factorum ad legem fidei. Ille nos filiam principis cognoscere docet his uerbis: Scriptum est (inquit), quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, & cætera usque, itaq; fratres iam non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate CHRISTI nos liberauit, state & nolite iterum iugo seruitutis contineri. ¶ Libera illa, cuius secundum scripturam meminit, Sara dicta est. Sara autem interpretatur princeps, & secundum hoc ipsum nomen, & secundum suæ generationis modum, allegorice designat illam, quæ sursum est Hierusalem liberam, quæ est mater omnium secundum fidem, neque enim generat secundum carnem, sed secundum fidem: sicut e contra ancilla Agar, secundum nomen suum, quod interpretatur aliena, & secundum suæ uel generationis uel conditionis modum illam designat Hierusalem, quæ nunc est & seruit cum filijs suis. Igitur filia principis, pulchra & speciosa Sunamitis, ipsa est fides uel generatio fidei, cui nunc dico, quæ pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. ¶ An non ancilla siue ancillæ filia discalciatis pedibus incedit? Plane discalciatis, & propter hoc ipsum seruilis arguitur conditionis, quia nuditas pedum seruitutis est argumentum, excepto si fiat propter deum, iuxta illud: Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Verum de calciamentis hic agitur: non corporis, sed spiritus, in quo discalciatum esse uel discalciatam, summa est ignobilitas, & plusq; seruilis egestas. Id

Gala. 4

1. Cor. 10

Psal. 49

Chori castrorum.

Ibidem.

Rom. 10

Actu. 17

1. Cor. 7

Aia Pauli, ut Sunamitis reuersa.

Gala. 4

Filia principis cur dicit.

Ancilla discalciata. Exodi. 3.

COMMENTARIORVM LIBER VI. LXVII.

fitas. Iccirco ancillæ calcaneum serpens momordit, tu autem o filia principis bene calcia-
 ta, caput serpentis contriulisti, tu maxime, o princeps & domina, singularis dilecta, & sicut
 iam dixi, una columba mea, una genitrici suæ, uidelicet generationi liberæ, generationi nõ
 carnis, sed fidei, quæ me uirum non de carne uiri, sed de spiritu dei concepisti & peperisti
 patrem uel principem filiorum, non de carne, sed fidei uel repromissionis. **L. Iuncture fœ-**
minum tuorum, sicut monilia que fabricata sunt manu artificis. Laus ista, laus, ma-
 gna, uituperationi illi opposita est, imò & acerbissimæ exprobrationi illius ancillæ iam di-
 ctæ apud Ezechielem prophetam, dicentem ex ore domini: Et diuulisti pedes tuos omni
 transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Diuisio uel diuarcatio pedum ipsa est dis-
 iunctio fœminum, ualde uituperabilis, nimirum propter illud quod subintelligitur: uide-
 licet propter multitudinem fornicationum. ¶ Et e contra, iunctura fœminum, ipsa est com-
 positio uel continuatio pedum, laudabilis, itemq; propter illud quod subintelligitur, scilicet
 et propter pudicitie pulchritudinem, saluumq; ac bene custoditum castitatis sigillum:
 maxime in te, o singularis & unica uel nobilissima Sunamitis, in te o dilecta & dilectarum
 dilectissima, quæ prima sine exemplo iuncturam fœminum tuorum ita custodire propo-
 sisti, ut uirgo nulli unquam cognita uel cognoscenda uiro, digna fieres coniungi tuæ inte-
 gritatis auctori deo. Quantum est hoc decus? Quanta honestas? Igitur iuncturæ fœmi-
 num tuorum sicut monilia, id est, uirginitatis tuæ integritas perpesq; pudicitæ custodia,
 celestibus præfidijs communita. Cuius est hoc opus? Cuius uirtus? Nimirum dei altissi-
 mi. Et hoc ipsum (ait quidã sapiens) sapientia est, scire, quod continentia donũ dei sit. Dico
 igitur nõ qualiacunq; monilia, sed monilia q̄ fabricata sunt manu artificis, id est, quæ solus
 deus facere & dare pot̄ uel potuit. **L. Umbilicus tuus sicut crater tornatilis, nunquã**
indigens poculis. Et ista laus tua, o libera Sunamitis, opposita est ancillæ uituperatio-
 ni, quam apud iam dictum prophetam habemus his uerbis, Et quando nata es, non est præ-
 cisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem. Quibus utiq; uerbis luxuriæ superflu-
 itatem uituperat, quia uiris quidem in lumbis, fœminis autem in umbilico luxuria est, te-
 stante domino, qui de diabolo loquitur ad beatum Iob. Virtus eius in lumbis eius, & po-
 testas eius in umbilico uentris eius. Igitur umbilicus tuus crater tornatilis, quid est nisi ac si
 diceret, Perfecta est in te uirtus castitatis, & liberata es ab omni carnalis appetitu uolupta-
 tis. ¶ Parum quippe fuisset ad laudem ueræ uirtutis, dixisse, iuncturæ fœminum tuorum,
 sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis: nisi & istud adderetur, umbilicus tuus cra-
 ter tornatilis, nunquam indigens poculis, quia uidelicet illo præcedenti uersiculo solum de
 negatur opus siue effectus carnalis commercij: isto autem sequenti appetitus quoque cogi-
 tationis, qui si inesset, nunquam ueraciter diceretur umbilicus sic præcisus, imò & circum-
 cisus, ut crater tornatilis, neq; adderetur adhuc, nunquam indigens poculis. Quidnam est
 umbilico non indigere poculis, nisi non uri uel sitire per appetitum libidinis? Hinc enim
 per quendam sapientem dicitur in mulierem malam. Sicut uiator sitiens ad fontem os su-
 um aperiet, & ab omni aqua proxima bibet. Ergo tu o Sunamitis, o filia principis, corde
 & corpore es casta, mente & carne integra & incorrupta, cogitatione & opere munda. Ut
 autem perficiatur ista laus, dicendum, quia locutione quoq; utilis es atq; pudica. Hoc est,
 quod nũc dico ego dilectus tuus. **L. Uenter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs.**
 Uenter tuus, uenter interioris hominis, iuxta quod quodam loco dixi, qui credit in me, si-
 cut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, ipse est sicut aceruus tritici, id
 est, nunquam indiget pane uerbi dei, imò abundat omni tritico quodcunq; seminauerunt
 aliq. Illuc illatum est omne, quod prophetarum fides elaborauit, Exempli gratia, ut Esaias
 qui dixit: Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Tu enim o dilecta, tu
 es illa prophetissa, ad quam accessit omnis sanctus & fidelis propheta, ad quam tendebat,
 & in qua completa est omnis sancta & fidelis prophetia. Hinc uenter tuus sicut aceruus
 tritici, quod uidelicet triticum prudenter congregasti, meditando in scripturis, sicut dictũ
 est quodam in loco: Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo.
 ¶ Huiusmodi aceruus bene est uallatus lilijs, quia profecto pulchritudo castitatis, sicut cla-
 uudinẽ sensus ad intelligendum scripturas efficit, ita & auctoritatem parat omni homini
 ut dignus

Gene. 31

Distinctio fœ-
minũ in ancilla
Ezech. 16

Iunctura fœ-
minũ i libera

Sapient. 8

Ezech. 16

Gregorius

Iob. 40.

Umbilic⁹ Ma-
riæ crater tor-
natilis, &c.

Eccã. 26

Iohan. 7
Uenter Mariæ
ut aceruus
tritici,
Esa. 8.

Luca. 2.
Vallat⁹ lilijs.

Vbera anz
cillarum.
Ezech. 23

Duo ubera
Mariæ.

Eius collum.

Gene. 32.
Exo. 32

Hūilitas tur-
ris eburnea.
Pfal. 109

Osee. 12

Pfal. 41.

Esebon.

Nume. 32.

Iosue. 15.
Iud. 1.

Irriguū supi-
us & inferius

ut dignus sit foris eloqui ea, quæ intus reposuit uel contulit, uerba dei, triticum dñi. **Duo**
vbera tua sicut duo hinnuli capree gamelli. Collum tuum sicut turris eburnea. Et ista laus liberæ, opposita est uituperatiōi ancillæ, imò & ancillæ, quæ ex una facte sunt
duæ. Fili hominis (ait dñs ad prophetā Ezechielē) duæ mulieres filiæ matris unius fuerūt,
& fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt ibi, ibi subacta sunt ubera
earū, & fractæ sunt mammarū pubertatis earū. Quāta iniuria seruitutis, in illa tali subactio-
ne uberū, talisq; fractura mammarū. Et q̄tū dec⁹ libertatis hic scdm similitudines istas, uide
licet hinnuloꝝ gemelloꝝ capree atq; turris eburneæ. Ergo tu o libera Sunamitis tu maxie
cuius duo ubera sunt gemella, seculis oibus inaudita, uirginitas atq; foecunditas: tu (in q̄) o di-
lecta singularis, libera es ab omni iugo peccati, scdm istas similitudines hinnuloꝝ capree atq;
eburneæ turris. ¶ Quid est collū tuū, uel quale est collū tuū? Vtiq; nō extentum, imò ama-
biliter demissum, & hæc est humilitas tua, fortitudo magna, fortitudo pulcherrima: uere
sicut turris eburnea, quæ & aspectu amabilis, & statura sit fortis. Cui fortis, cui amabilis?
Deo fortis, deo amabilis: diabolo autē terribilis, inaccessibleis. Quomō ipsi deo fortis? Ni-
mirū sicut ex istis comprobatur exemplis, Quia si contra deū fortis fuisti (ait ipse ad patrē
tuum fidelem Iacob) quanto magis contra homines præualebis? Ad Moysen autē Cerno
(inquit) q̄ populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, &
deleā eos, faciamq; te in gentē magnā. Et non dimisit eū, imò tam diu luctatus est, ut uidēs
deus q̄ eū superare non posset, diceret illi: dimisi iuxta uerbū tuum. Quali fortitudine lu-
ctabatur iste uel ille? ¶ Profecto humilitate sicut & de isto Psalmista dicit: Si non Moyses
electus eius stetit in contractione, id est, in nimia mentis humilitate in conspectu ei: de
illo autē propheta Osee, cū dixisset: In fortitudine sua directus est cū angelo, & inuoluit ad
angelū, & confortatus est: confestim, fortitudinis eius exprimens modū, subiunxit: Fleuit
& rogauit eū. Igitur o dilecta collum tuū, quod est humilitas tua, turris eburnea, id est, for-
tissima est atq; pulcherrima: quam respiciens altissimus dedit tibi gemellos istos dulces hin-
nulos, duo ubera hæc, uirginitatē atq; foecunditatē, & ecce habes tria insignia hæc: tertiuū
quippe humilitas tua est. **Oculi tui sicut piscine in Esebon, que sunt in porta filie**
multitudinis. In q̄ oculi tui sicut piscine? Nimirū i eo, q̄ nō deficiūt eis aquæ & tu ma-
xime p̄ cūctis mortalibus, semp̄ cōpuncta corde, dicere potes: Fuerūt mihi lachrymæ mee
panes die ac nocte, Propterea dixi, sicut piscine non qualescunq; sed piscine in Esebon, id
est, in maxima compunctione. Esebon quippe interpretatur, cingulum meroris, unde &
congrue nomen hoc magnitudinem significat compunctionis. Quæ sunt in porta filie
multitudinis, id est, in prima portione terræ promissionis. Esebon quippe ciuitas fuit Seon
regis Amorrhæi, qui regnauit in Esebon, & ipsa data est filijs Ruben in possessionem trans
Iordanem. Filij autem Ruben (ait scriptura) & Gad uenerunt ad Moysen & Eleazarum
sacerdotem, & petierunt terram illam, præcepitq; Moyses Eleazarō sacerdoti, & lu-
sue filio Nun, & principibus familiarum dicens. Si transierint filij Gad & filij Ruben uo-
bilcum Iordanem omnes armati ad bellum, date eis terram Galaad in possessionem. Re-
cte ergo dicitur, quæ sunt in porta filie multitudinis, quia prima fuit possessio gentis, quæ
in Aegypto multiplicata, ingrediebatur terram promissionis. Hoc ad mysterium ualde p̄-
tinuit, scilicet piscinas taliter designare quæ sunt in porta multitudinis, sunt enim prima ex-
perimenta supernæ dulcedinis beatæ possessionis, ita ut iā ueraciter dici possint terra pro-
missionis, secundum magnum sacramentum scripturæ dicentis. Cūq; cepisset eam, uide
licet Cariath Sepher, quod interpretatur ciuitas literarū. Othoniel filius Cenez, frater Ca-
leph minor, dedit ei Caleph Axam filiā suā coniugem, quam pergentē in itinere monuit
uir suus ut peteret à patre suo agrū. Quæ cū supirasset, sedēs in asino, dicit ei Caleph. Quid
habes? At illa respondit. Da mihi benedictionem. Quia terram arentem dedisti mihi, da
& irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleph irriguum superius, & irriguum inferius. ¶ Secun-
dum facti huius similitudinem, irriguum superius accipit anima, cum se in lachrymis ce-
lestis regni desyderio affligit: irriguum uero inferius accipit, cum inferni supplicia flendo
pertimescit. Igitur in his uerbis, oculi tui sicut piscine in Esebon, quæ sunt in porta filie
multitudinis, hic sensus est mysticus, ac si diceretur. Oculi tui præ amore uel desyde-
rio dile-

rio dilecti, quo langues & compungeris, fluunt lachrymis, & istæ lachrymæ piscinæ sunt in Efebon, id est, aquæ manantes cingulo mœroris, ista compunctio terra est irrigua aquis, principium quoddam supernæ dulcedinis & æternæ hæreditatis, sicut illa Efebon & terra trans Iordanem, prima fuit possessio terræ promissionis, illi filiarum multitudinis, scilicet Israëlitarum plebi: cuius multitudine non pauciores sunt qui ascenderunt uel ascendit, ut promissionem accipiant æternæ hæreditatis. **L Nasus tuus sicut turris libani, que respicit contra Damascum.** Vere ingenua, uere libera Sunamitis, nasum habens egregium, at illa ignobilis ancilla nasum habet præcisum, sed & aures eius præcisæ sunt, sicut dictum est per prophetam superius memoratum. Propterea ô Ooliba hæc dicit dominus deus: Ecce ego suscitabo oēs amatores tuos contra te, & c. usq. Nasum tuum & aures tuas præcident, & qui remanserint gladio concident. Vt dictum ita & factum est. Nunquid enim illa talis ancilla nasum habet aut aures? Si nasum haberet, aliquid de longinquo sentiret, aliquid de futuro seculo cogitaret aut desyderaret. Si aures haberet, non solam literam attenderet, sed & aiuiticantem in litera spiritum audiret. Nunc autem solis præsentibus delectatur, neq. audit eum qui totiens ad audiendum inuitat, dicendo, qui habet aures audiendi, audiatur. Igitur neq. aures neq. nasum habet. ¶ Tu autem ô Libera, nasum integrum, nasum (ut iam dictum est) habes egregium, quæ sano odoratu sentis & appetitu traheris, non eorum quæ uidentur, sed quæ non uidentur, secundum illud: Est enim fides sperandarum substantiarum rerum, argumentum non apparitionum. Quomodo tibi est nasus eiusmodi? Sicut turris libani, quæ respicit contra Damascum, id est, contra cruentum supra dictæ ancillæ filium Damascum nanq. interpretatur bibens sanguinem & illum significat, de quo Apostolus loquitur, dicens: Sed quomodo tunc is qui secundum spiritum, ita & nunc. Fortissimo spei ac discretionis naso opus erat contra omnem eiusmodi falsum fratrem, ludendo persequentem, persequendo ludentem, ne usq. quæq. illudat: & si corpus lædit, saltem animam non decipiat. Et fortis utiq. est nasus iste discretionis, sicut turris libani, dum rite spernendo uisibilia, & sperando inuisibilia, fortiter resistit, neq. frangitur uisibilibus incommodis, iuxta illud: Deduxisti me, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Quomodo turris ista respicit contra Damascum? Nimirum sensui eius sensum habendo contrarium, iuxta illud. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui uero secundum spiritum, quæ sunt spiritus, sentiunt. Est autem in respectu isto etiam manifestum Damasci, idem filii ancillæ, obprobrium. ¶ Sicut enim in interiori homine Damascus ille perdidit omnem discretionis & spiritualis intelligentiam nasum sic & exercitus quoq. quendam perdidit nasum suum, nasum magnum, scilicet ciuitatem Hierosolymam, & nobile templum, & cætera insignia quæ destructa sunt: quibus ablatis, ita ignominiosa facta est circumcisio carnalis, sicut naso præciso deformis efficitur facies cuiusq. hominis, & iccirco quæ respicit, ipsa etiam talem Damascum conuenit & dicit. Tu ancilla superba cum filio tuo Damasco, quid faceres si uel tu nasuta, uel si ille nasus tuus esset: cum nec saltem exterius nasum habes, pulchram te existimes? Quid (inquam) faceres, si templum tuum & ciuitas tua permanisset? Bene igitur ô libera Sunamitis nasus tuus contra Damascum respicit firmiter stans sicut turris libani. **L Caput tuum ut camelus, & come capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus.** ¶ Carmelus scientia circumcisionis interpretatur. Caput uero principale est corporis, & pro corde accipitur, quod principale est interioris hominis, iuxta illud: His ergo fieri incipientibus, leuate capita uestra, id est, exhilarate corda uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. Igitur caput tuum ut camelus, id est, cor tuum scientiam circumcisionis habebet, ut legitime & sicut necessarium est circumcidatur, quisquis secundum deum & secundum fidem quæ in te est iustificari uult. ¶ An non & Moyses circumcisionem istam præscripsit, circumcisionem cordis? Circumcidite igitur (ait ipse in Deuteronomio) præputium cordis uestri, & ceruicem uestram ne induretis amplius. Quid est ista circumcisio, nisi perfecta dei dilectio: Nam & in alio loco, cum dixisset: Circūcidet dñs deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ita subiunxit, Vt diligas dñm deum in toto corde tuo, & in tota aia tua. ¶ Porro circumcisio carnis scientiam ueram in hoc habes, ut nō dubites illam cessare debuisse, ex quo uenit, & manet

Nasus ancillæ præcisus.

Ezech. 23

Matth. 13.

2. Cor. 4
Hebr. 11.

Damascus
Gala. 4.

Gene. 27
Nasus, sicut turris libani.

Psal. 60

Roma. 8

le. 1 exteriorius

Caput p eos de aliquando ponitur.
Lucæ. 21.

Circumcisio cordis.
Deut. 10

Deut. 39

Gene. 17
Rom. 4
Scia legis & ce
rimoniæ, scz
spiritualiter

Leui. 4.
Leui. 5. & c.

Heb. 2
Purpura res
gis passio chri
sti. Mat. 27

Decora in de
licijs.

Mat. 16. & 20

Iohan. 12

Ascendam in
palmam, exal
tabor i crucē

Luca. 14

& manifestatum est semen, cuius uenturi fidem habens Abraham, signum accepit circūci
sionis, signaculum iustitiæ fidei. ¶ Dixi de scientia circūciſionis, qd dicam de scientia legis.
Hoc nimirum, quod omnem illam, scilicet ceremoniarum legem, spiritualiter intelligis.
Hoc est, quod dico, & comæ capitis tui sicut purpura regis, iuncta canalibus. Comæ capi
tis, id est, sensus cordis tui in meditando uel cogitando mysteria legis dei: Exempla gratia,
quid mysterij contineat uitulus immaculatus, iussus offerri pro peccato sacerdotis, qui
peccauerit & populum derelinquere fecerit, quid hircus de capris, quid capra, & quid ouis
quid turtur, & quid pullus columbæ, cunctusq; ritus sacrificij: meditando (inquam) in his,
& in cæteris huiusmodi, comæ capitis tui, id est, sensus cordis tui sunt, sicut purpura regis,
uidelicet cuncta referendo ad sacramentum passionis dilecti tui, qui propter ipsum, quod
passus est, rex constitutus & gloria & honore coronatus, sedet ad dexteram maiestatis in
excelsis. ¶ Et recte passio regis, dicitur purpura regis non solum propter purpureum colo
rem sanguinis, quem in passione effudit: uerum etiam propter purpuram derisoriam, quam
circudederunt ei, protinus tribus pœnis passionum consummandum, scilicet flagellan
dum, crucifigendum, lancea percutiendum. Nam illi quidem irridentes purpuram circum
dederunt ei, tanquam regi, sed ille serio & purpuram admisit, & calamum pro sceptro sus
cepit in dextera quia certissime per hæc siebat, ut & in caelo & in terra purpuram regni, &
sceptrum acciperet imperij. Proinde purpura illa recte dicitur iuncta canalibus, quia sicut
purpura eo magis tingitur, & preciosior fit, quo uicinius atq; diutius iuncta fuerit tinctu
ræ canalibus, ita passio dilecti eo gloriosior est, quo amplius præ cunctis sacrificijs processit
secundum consilium diuinitatis, cuius uidelicet consilij archana, quasi quidam canales sunt
per quos cucurrit preciosissima hæc tinctura purpurea, qua dilectus iste, qui erat uirginitas
te candidus, factus est morte uel passione sua, & permanet in æternum rubicundus, deus
uere gloriosus, & homo ualde speciosus, & in utraq; substantia rex unus semper & ubiq;
uictoriosus. **Quam pulchra es, & q̄ decora charissima in delicijs. Statura tua
assimilata est palme, & uera tua botris.** ¶ Quid est in delicijs pulchram & decoram
esse, nisi in abundantia gratiæ mansuetudinem summamq; humilitatem cordis habere: De
niq; dona gratiarum & intelligentia scripturarum siue sacramentorum cœlestium uere
sunt deliciæ, & humilitas cordis uera pulchritudo est, res decora, & deo amabilis uirtus
est. Hæc in te coniuncta sunt o charissima, tales deliciæ, talisq; pulchritudo. Quod enim
dixi: Statura tua assimilata est palmæ, & uera tua botris. Et ne dubium sit, cui palmæ di
cam adhuc. **Bixi, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Et erunt
uera tua sicut botri uinæ, & odores tui, sicut malorum: guttur tuum, sicut uinum
optimum.** ¶ Magna igitur humilitas, quam ista pulchritudo sonat, statura tua assimilata
est palmæ, quia tale est, ac si dicam, mihi assimilata es omni habitu mentis tuæ, mihi (inquā)
assimilata es, in eo quod in crucem ascendi mitis & humilis corde. Hunc ergo ascensum
meum futurum dixi, nec quisquam amicorum dubitauerit quin dixerim tibi. Si enim ipsis
amicis dixi: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigen
dum, & alia multa ad hunc sensum pertinentia: imò si & inimicis dixi: Et ego si exaltatus
fuero à terra, omnia traham ad meipsum, quanto magis o charissima dixi, aut dicere debu
i: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. & erunt uera tua sicut botri uinæ,
& odores tui sicut malorum: guttur tuum, sicut uinum optimum? Hoc erat dicere, exalta
bor in crucem uictoriosam, & moriendo morte fructuosa, operabor uelociter salutem
omnium credentium, & deinde doctrina tua, doctrina legalis atque Euangelica, tempore
oportuno palam prædicabitur, sicut in autumno dulces botri comeduntur, & bonus ubiq;
diffunditur odor honorum operum tuorum, & dulcissimum atq; delectabile mihi erit elo
quium tuum sicut uinum optimum. Tu autem ad hæc. **Bignum dilecto meo ad po
tandum, labijsq; & dentibus eius ad ruminandum.** ¶ Et reuera, ut dicis, ita est, sicut
em̄ uinū optimū dignū regibus est ad potandū, labijs & dentibus eorū ad ruminandū, sic
eloquiū tuū dignū mihi est ad audiendū, cunctisq; amicis & testibus meis ad prædicandū.
Quid faciemus uel q̄ ibimus cū tantis istis dilectis delicijs? Nostri em̄, q̄ primi ad istas delici
as uocati sunt, uenire nolūt, sed abiēnt negligētes, alius i uillā suā, alius uero ad negotiatio
suam re

COMMENTARIORVM LIBER .VI. LXXI.

suam, reliqui uero tenuerunt amicos nostros & contumelia affectos occiderunt. Quid igitur faciemus? Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in uillis. Adhuc surgamus ad uineas, videamus si floruit uinea, si flores fructus parturiunt, si flowerunt mala punica. Ibi dabo tibi uera & uetera, dilecte mi, seruaui tibi. Hæc ego dilecto meo locuta sum, & ad me conuersio eius, uidelicet non improbando, imò propositum hoc habendo, ut egredieremur, quiippe qui iam dudum dixerat ad ciues suos: Amen dico uobis, quia nemo propheta accipitur in patria sua, & hoc dicto pauca interlocutus ipse transiēs per medium illorum ibat, nam in uillis. Itaq; concordans proposito dei, ueni (inquam) dilecte mi, egrediamur in agrum commoremur in uillis, ut uidelicet, qui erant agrestes, fiant domestici; qui erant uillani, florant ciues dei, & iuxta propheticum oraculum lætetur deserta & inuia, & exultet solitudo, & floreat quasi lilium, germinans germinet & exultet lætabunda & laudans, & gloria libanum dei, gloria scilicet hæc, ut uideant gloriam domini, & decorem dei nostri, cuius uisio ne indignum se libanus iste, id est, populus Iudaicus facit, repellendo uerbū dei. Illic egrediamur, ibi commoremur, & ibi commorantes, mane surgamus ad uineas, sine dubio iam illic nostra commoratione propagantes. Videamus si floruit uinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica. Nam tunc floruit uinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica, si inueniuntur in illis aliqui, quorum fides usq; ad mortem durare sufficiat, qd sine dubio futurum est. Ibi dabo tibi uera me, scilicet noua & uetera, quos in nouam infantiam secunda tibi pariet gratia. Vnde hoc ita certum est, quod multitudo filiorum nasci debeat illic, ubi hæctenus sterilitas fuit. Videlicet tam ex scripturarum testimonijs, quæ testantur ita debere fieri, quam ex sensibus experimentis, quia Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. Mandragora mala habet suaue olentia, quæ & ἀνδροπολύρα appellatur, quod habeat radicem, formam hominis simulantem: cuius cortex uino mixtus, ad bibendum datur his, quorum corpus propter curam secundum est, ut soporati dolorem minime sentiant, sterilibus quoq; mederi fertur, ut concipiant; Mandragoræ ergo dederunt odorem in portis nostris, id est, experimenta præsto sunt, quod iam fieri debeat illud, quod gentilitati hæctenus sterili spiritus propheticus promittit. Lauda (inquiens) sterilis quæ non parit, decanta laudem & uirum quæ non pariebat, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum & cetera. In portis (inquam) nostris, id est, dum adhuc sumus in sinibus nostris, in sinibus indolentis, sensimus odorem huiusmodi. Venerat enim iam æthiops Eunuchus adorare in Hierusalem, & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Esaiam prophetam, cum ecce sentiens spiritus sanctus odorem eius, dixit ad Philippum. Accede & adiunge te ad currum istum. Sed & tunc eramus in portis nostris, quando odorem dederunt in conspectu domini eleemosynæ Cornelii Centurionis. Ad hunc odorem & illud pertinet, quod postmodum cūdam amicorum talis uisio per noctem ostensa est. Vir macedo quidam cū stans & deprecans eum, dicens: Transiens in Macedoniam adiuua nos. His atq; alijs modis odorem dederunt Mandragoræ in portis nostris, fecunditatem significantes de loquacitate. Nunquid autem ibi tantummodo uera mea dabo tibi? Imò & omnia noua & uetera, dilecte mi, seruaui tibi. Quàm diu paruuli fuerint hi, qui in loco ubi dicitur non pleris mea uos, nascuntur filij dei uiuentis, quàm diu (inquam) imbecilles erunt ad audiendum grandem sermonem, eisq; lacte opus erit non solido cibo, tã diu dabo uera mea: cū autem perfecti fuerint, & pro consuetudine exercitatos sensus habuerint ad discretionem boni & mali, tunc cibum solidum tibi in illis, quia omnia noua & uetera, omnia ueteris ac noui testamenti sacramenta seruaui tibi, conferens in corde meo, profere illa in tempore suo, in tempore oportuno.

Egrediamur in agrum. Luca. 4

Commoremur in uillis. Esa. 37

Si floruit uinea.

Ibi dabo tibi uera mea.

Mandragora

Gene. 30. Quid gētes uenerūt ad hęc. Esa. 54.

Actu. 8.

Actu. 16.

Actu. 16.

Noua & uetera seruaui tibi. Osee. 7. Rom. 9. Heb. 5.

Lucas. 4

FINIS LIBRI SEXTI.

Rupertus

RVPERTI ABBATIS

TVITIENSIS IN CANTICA CANTICORVM
DE INCARNATIONE DOMINI
COMMENTARIORVM
LIBER SEPTIMVS.

ACTVM EST, O DILECTISSIMA

dilecti, factum est, ut dixisti, ueni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in uillis. Felix dies felicitia nobis tempora huius egressus uestri ad nos ab illis, qui repellunt uos, dicentibus amicis, & uestri consilij consensu ad illos. ¶ Vobis quidem oportebat primum loqui uerbum dei, sed qm repellitis illud & indignos uos iudicatis aeternae uitae, ecce conuertimur ad gentes. Nunquid uero non solum illud audierant dictum propheticum quod subianxerunt, dicentes: sic enim praecipit nobis dominus, posui te in lucem gentibus, ut sis salus mea usq; ad extremam terram. Imo & cetera q; multa huius gratiae oracula, & istud secretissimu[m] audierant & intellexerant, quod tu hic o gratia plena dixisti: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in uillis. O quantum gaudium, quanta exultatio illius terrilis & desertae, quae non habebat uirum, quando certum de scripturis prophetis egressus uestri ad ipsam & suae salutis audiuit testimonium. Audientes autem gentes (ait illa scriptura) gauisae sunt, & glorificauerunt uerbum dñi, & crediderunt quodq; erant praedicta ad uitam aeternam. Secundum illud gaudium praesenti loco loquitur ipsa exultans & laetabunda & laudans. LQ uis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meae, ut inueniam te foris, et deosculer, & iam me nemo despiciet. Apprehendam te & ducam te in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae tibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino condito, & mustum malorum granatorum meorum. Ista admiratiua percunctatio, quis mihi det te, similis illi est, & unde hoc mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me: & ista exultatio, inueniam te foris, & deosculer, & iam me nemo despiciet: similis est illi responso tuo ad angelum, ecce ancilla dñi fiat mihi scdm uerbum tuum. Similis namq; est, uel quae haec dicit, sicut decet filia silem esse msi. An non tu m[is] eius, q; uita & salutem peperisti? An non filia tua haec est, uidelicet imitatione fidei. Si Abraham p[er] genit[er]em & Sara mater gentium recte dicitur & est, uidelicet propter fidem, quantum magis tu o fidelissima mater es omnium nostrum: Propterea dicit ista ualde attonita propter auditu[m] supra dictum magna gaudij multitudine. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meae. Fratrem suum dicit dilectum suum, & describit eum dulci descriptione, sugentem (inquiens) ubera matris meae. Cuius matris meae nisi uirginis Mariae? ¶ Propterea de patre nihil dixit, quia uidelicet in fratre isto, ut conciperetur uel nasceretur, fieretq; filius naturae uel carnis nostrae, uir nihil patrauit. Totum, quod frater noster est, de matre est. Matris ubera suxit, sed non de patris radice fluxit. Mater ista, mater est, quia caro ista, caro nostra, & si desista, fides tua o Maria, fides nostra est. Non se capit, intus magnitudo gaudij, intus in corde credentis, & felicitatem suam admirantis, quod deus filius dei, frater eius factus sit, frater eius o mater ex te cuius ubera suxit. Erumpit & clamat, Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meae, & adijcit, ut inueniam te foris, & deosculer, & iam me nemo despiciet? Despiciebatur enim utpote sterilis & deserta sine uiro, id est, sine deo in hoc mundo: despiciebatur (inquam) & dicebatur praepitium (ut Apostolus ait) ab ea quae dicitur circumcisio in carne manufacta, & erat alienata a conuersatione Israel. Inueniam ergo te (inquam) foris, & deosculer, & iam me nemo despiciet. Videlicet cum possum dicere illud uerissimu[m], quia multi filij desertae magis q; eius que habet uirum. O frater uineae, o sugentem ubera matris meae, quid est inuenire te foris? Quid est te deosculari? Inuenire te foris, est exire ad te extra castra, qui sicut extra portam passus es, ita extraneus fratribus tuis & peregrinus filijs matris tuae factus es, teq; deosculari, improprium tuum uenerari, & lacrimata pietati

Felix egressus dilecti, & dilectae in agrum ad gentes.
Actu. 13.



Esa. 49.

Esa. 44.

Actu. 13

CA. VIII.

Lucae. 1.

Ibidem.
Ientiu pplus
lia Marie
Gene. 17.

Chrus frater
noster est ex
matre tantu[m]

Ephe. 2

Rom. 2

Gala. 6.

Esa. 74.

Gala. 4

Inueniam te

foris.

Heb. 13.

Psal. 68

inquit

pietatis tuæ familiariter cognoscere est. Nam inquantū illa cognoscimus & diligimus, in tantū te amabiles amantē deosculamur. Quis fructus, quod emolumentū huiusce inuentio- nis, huiusce deosculationis? Apprehendam te (inquit) & ducā in domū matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ, ibi me docebis. Quomodo fiet hoc? Videlicet cum tuis fuero potita osculis, cū tu mihi tua mysteria reuelaueris: habebō ego hacten⁹ sterilis habebō ex te filios in nouata iuuentutis, quos te faciente ordinabo mihi lectores atq; lectrices, cantores atq; cantrices, sacerdotes siue pontifices, prophetica atq; catholica gratiæ appropin- quantes, & constitua ex eis scholas legentiū atq; choros canentiū: adhibebo mihi tubas p̄- dicantiū, & linguas interpretū, ut mihi explicant scripturas, quæ de te sunt, & quæ hacten⁹ nus intus in una lingua latuerunt. ¶ Atq; ita ordinata castroꝝ acie irumpā domū matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ, ubi hactenus requiescunt bestię & habitant dracones siue strutiones & pilosi saltant & respondent ululā: dū colitur adulter Iupiter, cæterorūq; non deoꝝ, sed dæmonū terræ phalanges, protractisq; foras omnibus, inducā te illuc, ut & in domo matris meæ, & in cubiculo genitricis meæ, scilicet & in palacijs regū, & in tēplis quon dā dæmonū nomen tuū inuocetur. Ibi me docebis palām, & cū libertate uocis, more tuo, quemadmodū dixisti: Ego palām locutus sum mundo, & cū libertate uocis, more tuo, quemadmodū dixisti: Ego palām locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nī- hil. ¶ Et dabo tibi poculū ex uino condito, & mustū maloz Granatoꝝ meoz. Quid enim aliud uel maius dare possum? Hoc ut daret, inuenit & ille, qui dixit. Quid retribuam domi- no pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicē salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Et est sensus: Prius bona pro malis, deinde bona pro bonis dñs mihi retribuit. Quid retribuā ei? Hæc delibans, ad id ueni, cū aliquid maius non possum, Calicem salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Hoc est quod nunc dico. Et dabo tibi poculū ex uino condito, id est sacrificiū offerā sacratū, & uere sanctum inuisibili passionis tuæ sacramento. ¶ Nec solum istud faciam, uerū etiā mustū dabo tibi maloz Granatoꝝ meoz, id est, præciosam in conspectu tuo mortem sanctoz martyrum tuoz, qui q̄ plures ex me tuæ mortis imitatores e- runt. Hoc erit tibi poculū, quod non erit sanguis brutoꝝ animalium. Hinc em̄ uel tu uel patet tuus, deus deoꝝ, dominus, locutus est. Nunquid māducabo carnes thauoz, aut san- guinem hitcoꝝ potabo? Immola deo sacrificiū laudis & redde, &c. L. Leua eius sub ca- pite meo, & dextera eius amplexabitur me. ¶ O uos filij uel filia, magna quidē & ar- dua res est, fratrem meū taliter introducere in domū matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ, & multas proinde pressuras habemus tolerare, sed nolite pertimescere. Ipse ubiq; p̄- sens, duplici consolatione cōsolabitur me. Nā leua eius sub capite meo, & dextera eius am- plexabitur me. Leua eius, id est, temporalis interdū prosperitas, ne in laboribus deficiam, sustentabit me, neq; tentari dimittet supra id quod possum sustinere: & dextera, scilicet spes retributionis æternæ non incerta, fortius atq; abundantius lætificabit atq; delectabit me. ¶ Fiet mihi iam in isto seculo cōsolatio hæc, ut ipsi reges uel principes mihi dentur in famu- lantia: in illa uero dextera, ubi immortalitas regnat, ipsum uisura sum ego uisione æterna in decore suo, fratrem meū, dilectū meū, regem regū, & dominum dominantū, iamq; tantū bonū prægustare cupio per contemplationis studiū. L. Adiuro uos filie Hierusalē, ne suscitatis neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipsa uelit. ¶ Hoc sciens ipse frater meus, quia solos mediator uel meditari cupio amplexus dexterae eius: ne (inquit) suscitatis, neq; euigilare faciatis dilectā, donec ipsa uelit. Ne (inquā) suscitatis, uidelicet eo mō quo Martha suscitare uolebat Mariā sororē suā. Maria nancq; sedens ad pedes dilecti, audiebat uerba oris eius. Hoc erat requiescere. At illa, q̄ satagebat circa frequens ministeriū, uolēs eā suscitare: Domine (inquit) nō est tibi curę, q̄ soror mea reliquit me solā ministrare? Dic ergo illi, ut me adiuuet. Cūctis filiabus eiusmodi, q̄ corporale ministeriū siue actuale uitam nesciunt discernere, quantū distet à dignitate cōtemplationis, dictū hoc esse nemo dubitet, ne suscitatis neq; euigilare faciatis dilectā, donec ipsa uelit. Nā illa, quæ optimā partē elegit quæcūq; studet uerbo dei, ipsa est dilectā: cæteræ q̄ sollicitæ sunt & turbantur erga pluri- ma, sicut Martha illa, filia sunt. L. Que est ista que ascendit de deserto, delicijs afflu- ens, inmixta super dilectum meum? ¶ Ab isto uersiculo usq; ad finem decantatio clarissi- ma, circa illā uersatur degentibus electā atq; dilectā, cuius electio fratris gratiæ est, fructus

Sterilis peps
ric filios plus
rimos.

I ego t̄ apo
stolica
1. Cor. 12.

Esaia. 13

Iohan. 8.

Psal. 115.

Mustū maloz
rū Granatoꝝ

Psal. 49.

Quid leua,
quid dexte
ra hic dicitur
1. Cor. 10.

Martha non
debet suscita
re Mariam.

Lucæ. 10.



siue effectus euangelicæ p̄dicationis, ex quo fieri cœpit, ô dilectissima dilecti, illud qđ dice-
bas: Veni dilecte mi, egrediamur in agrū, cōmoremur in uillis. Hunc tantū egressus uestrī
fructū admiratur electio ex Iudæis, q̄ per uia numero per euangeliū uenit, & dicit: Que est
ista, quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectū suū. De deserto, id est,
de agro & de uillis, quo uos ô dilecte & dilecta, cū consilio supradicto egredi atq; cōmo-
rari uoluistis. Quæ est ista? Vbi erat? Vbi latebat? Mira res. Nobis nulla erat, nusq; erat,
sed illi erat, in illo erat, de quo ueraciter dictū est, quod factū est, in ipso uita erat, & de quo
dicit alius quidam amicoꝝ, qui uocat ea quæ non sunt tanq̄ ea quæ sunt. ¶ Qualis em̄ est?
Qualis ascendit? Delicijs affluens, innixa super dilectū suū. Iure miremur quantis uel qua-
libus delicijs affluit. Delicijs gratiaꝝ, quæ manifestantur ad utilitatem, uidelicet sermone
sapientiæ, sermone scientiæ, fide, gratia sanitatū, operatione uirtutū, prophetia, discretionē
spirituū, generibus linguarū, interpretatione sermonū. ¶ Quomodo aut̄ uel ad quid innixa
super dilectū suū? Nimirū ut non timeat timorem hominū, ut non deficiat in tribulationi-
bus quæ illā inuenerant siue inuenturæ sunt, tribulationibus atq; persecutionibus inimicoꝝ
rū uisibilem atq; inuisibilem paganorū, Iudæorū, hæreticorū, & spirituum malignorū. Quo-
modo em̄ inter hæc omnia subsisteret, nisi innixa esset super dilectū suū? Nunquid innixa
deberet esse super semetipsam, aut super quemlibet aliū? Tunc utiq; caderet, stare nō pos-
set. Nunc aut̄ dicit: Dñs illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dñs protector uitæ
meæ, à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū. Si exurgat
aduersum me præliū, in hoc ego sperabo. Hoc dicere & facere, nimirū est innixam esse su-
per dilectū. Quomodo factū est istud? Quomodo talis & taliter ascendit? Sub arbore
malo suscitauit te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. ¶ Delectio
ex Iudæis nunqđ quasi nesciens admiraris? Nūquid causam nescis cur ista talis taliter ascen-
dere debuerit? Ego causam dico tibi, quia mater tua, genitrix tua, me dereliquit, me abne-
gauit uirū suū, regem suū, & iccirco aliam duxit, dato illi libello repudiij, & hæc est quæ tali-
ter ascendit. Vbi nā hoc accidit? Sub arbore malo, ubi te suscitauit sub ligno crucis, ubi te re-
demi: Propterea dixi sub arbore malo, id est, sub arbore afferente fructus suos, quia uideli-
cet lignū crucis nō sterile lignū fuit, sed fructus attulit uitæ & salutis. Ibi te suscitauit, sed ma-
ter tua synagoga, genitrix tua, gens Iudaica, ibi corrupta est, dicendo, non habemus regem,
nisi Cæsare: ibi uiolata est, clamando: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Pro-
pterea repudiata illa, ista talis ascendit, & sicut ait quidā ex uobis: Cæcitas contigit in Isra-
el, donec plenitudo gentiū subintroat, & sic omnis Irahel saluus fiat. Nunc audi quid dicat
ista, quā tu miraris, ista mulier fortis, de qua ueraciter dictū sit: Confidit in ea cor uiri sui &
spolijs non indigebit. ¶ Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum su-
per brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut inferus emulatio.
Lampades eius lampades ignis atq; flammarum. Que multe non potuerūt ex-
tinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substā-
tiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. ¶ Quid (rogo) ista petit (ut
iam dictū est) mulier fortis, nisi ut confidat in ea cor uiri sui? Quid em̄ est dicere, pone me
ut signaculū super cor tuū, ut signaculū super brachiū tuū: nisi ac si dicat, cōfidat in me cor
tuū, roboretur ex adiutorio meo brachiū tuū: Et ô dilecte quid est p̄senti loco cor tuum &
quid brachiū tuū, nisi scripturæ ueritatis, q̄ scriptæ sunt secundū cor tuū & memoria mira-
biliū tuorū, ex quibus cognoscitur, q̄ magnū, q̄ forte sit brachiū tuū: Pone me ut signaculū
super illud cor tuū, pone me ut signaculū super illud brachiū tuū. Quā ob causam? Nimirū
ob triplicē q̄ cōtra me latrāt, insaniā uidelicet Iudaicā, paganicā, hereticā. Prōpta sum expe-
dita sum, deuota sum, ecōtra fortiter defendere illud cor tuū, protegere illud brachiū tuū si-
cut imperiale signaculū, sicut fidele testimoniū, mira fortitudinē, miranda duritiā, quā nullū
possit effringere. Fortitudinē meā dico dilectionē, duritiā meā dico æmulationem. Care
hoc? Quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut inferus æmulatio. Quid est hoc dicere, nisi
ac si dicatur: zelum magnū habet dilectio, iram intolerabilem habet æmulatio. Attendit
te amici quod dicitur, animaduerte diligenter quod agitur, & actū est hæc enus, ex quo
ascendit de deserto delicijs affluens mulier ista fortis et innixa super dilectū suū, quæ istud
poscit ut

adscriptio
sola

Johan. 1.
Roma 4

1. Cor. 12

Innixa super
dilectum.

Psal. 26

Sub arbore
malo, sub li-
gno crucis.

Johan. 19
Mat. 27
Roma. 11
Prover. 31

Cor Christi
sunt scripturæ
ueritatis.

poscit ut confidat in ea cor uiri sui. ¶ Quis unq̄ portare potuit zelū dilectionis, quē habet circa cor dilecti sui: iram æmulationis quam habet erga brachiū dilecti sui: Sicut mors, sicut infernus, ita nulli parcat, & omnibus est immitis, quicumq̄ male sentiunt de scripturis ueritatis quæ scriptæ sunt secundum cor uiri sui dilecti sui, qui male prædicant de brachio fortitudinis, quo salutem generis humani operata est omnipotentia uiri sui dilecti sui. Nō ne cum in remittendis peccatis p̄missima sit, illos dumtaxat qui loquuntur extra uel contra uerbum ueritatis mortificat, & inferno addicit illorum animas: Quippiam tolerare potest, quod cordi dilecti sui, id est, scripturæ ueritatis contrarium est, tolerare non potest. Illos q̄ in hoc sunt, eliminat & anathematis gladio trucidat. Non inexperta loquimur. Nulla re magis offenditur, nullo malo exacerbatur amplius quælibet anima habens spiritum dilectionis, q̄ si audiat de scripturis quippiam contra sensum cordis amici, contra honorē brachij huius dilecti. ¶ Quæ forte natura sit mitis, statim ad rem istā fit intractabilis, & uideatur aduersarij motus eius quasi motus mortis, & ira eius quasi ira infernalis, sicut de Moyse constat, quia cū esset mitissimus omnium hominū qui morabantur in terra, ubi causa poscit, sic immitis factus est quasi mors: sic durus quasi inferus, ita ut diceret: Qui domini est, iungatur mihi, & durissimo eius imperio occideret unusquisq̄ fratrem et amicum & proximum suum, cecideruntq̄ una die uigintitria milia. Et ille materiali quidem gladio, & alij post eum complures, ut Helias & fortissimus Dauid probauerunt, quia uere fortis est ut mors dilectio, uere dura sicut inferus æmulatio. ¶ Ista uero dilectissima spiritali gladio seruit propter dilecti sui cor & brachiū, persistens fortiter tanquam inuiolabile signaculum Nam de materiali gladio non habet præceptum, siue dilecti sui consensum: quoniam audiuit eam dicentem: Conuerte gladium tuum in locum suum, satis est, finite usq̄ huc, Lam. 4. 2. pades eius (ait) lampades ignis atq̄ flammarum. Cuius eius? Dilectionis siue æmulationis Lampades dilectionis, lampades ignis: lampades æmulationis, lampades flammarum. Si cut ignis, dum concitatus fuerit, generat flammam: sic dilectio, dum aliquid perceperit nō secundum cor huius uiri, non secundum sensum huius dilecti, parit æmulationem, lucen- tem pariter & urentem, amicos illuminantem, inimicos urentem. ¶ Quid si fortes fuerint inimici? Quid si habuerint turbas populorum, gladios quoq̄ regum atq̄ imperatorum, sicut Arriani aliquando habuerunt: Nihilominus confidat in ista cor uiri sui, quia nihilominus fortis erit ut mors dilectio, dura sicut inferus æmulatio, imō & amplius tunc lampades istæ ardebunt atq̄ lucebunt, lampades ignis atq̄ flammarum. Hinc est quod dicit, Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Audiuius, ut dicitur, multas aquas multas, id est, inundantes persecutiones popularium, & flumina scilicet persecutiones principum fortium, quæ cū uehementer inundarent, non potuerunt extinguere siue obruere charitatem, neq̄ compescere eius æmulationem: ut saltem de uno uerbo dogmatis fidelissimi reticeret, Exempligratia, Illo, quod dicitur omouision. ¶ Pro nihilo fuit huic dilectæ omne damnum, & ipsa mors quam inferre heretici potuerunt. Hoc est quod dicit: Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Tanta illi inest dilectio uerbi, ut in comparatione talis margaritæ, quam intus retinet, quasi nihil, despiciat omne quod foris auferri potuit. Ecce mulierem fortem uidistis, & audistis. Non ex semetipsa tantam sibi fortitudinem inesse confidit, sed ex eo qui solus est uera fortitudo fortium, sicut uidistis eam ascendentem innixa in super me dilectum suum. Non (inquam) ex ipsa fortitudo hæc, sed ex prouidentia nostra, secundū pium nostræ sollicitudinis consilium, quod habuimus super eam, sicut sequentia indicant. L. Soror nostra parua est, & uera non habet. Quid faciemus sorori nostre in die quando alloquenda est: Si murus est, edificemus super eam propugnacula argentea. Si ostium, compingamus illud tabulis cedrinis. ¶ Huiusmodi consilium super illam habuimus pater & filius & spiritus sanctus, pro magna re, pro magno negotio, quia uidelicet sic se habebat, & sic habet tempus uel status reꝝ eius, ut uix nata, uix sup pedes suos consistens esset alloquenda, iā deberet duci ante reges & p̄sides, & reddere rationē de fide nostra, de profundissimis operū nostrorū sacramentis, cōtra Iudæos in lege gloriantes, contra philosophos sapientia sua & eloquentia tumentes, sub gladij iudicium inter mille genera mor-

Dilectio contra hereticos inflexibilis

Mitissimus Moyses gladio seruit per hæc dilectōes Nume. 12.

Exodi. 32.

Ecclesia nō corporali, sed spiritali gladio punit. March. 26. Lucæ. 22

Lampades dilectionis

Ecclesia pro se defendenda nemini cedit.

Pro fide omne damnum despiciat.

Soror nostra parua, ecclesia primitiua.

Matth. 10.

tiū. Hoc utiq; mirandum est illis, qui rem sciunt mirari sicut dignū est. Propterea consilio habito dicebamus. Soror nostra paruula est, & ubera non habet. Quid faciemus sorori nostrae in die qua alloquenda est? Vere enim qua die primum alloquenda erat, quando primū sub Nerone & ceteris persecutoribus in iudicio contra illam proposita est de fide qua suscipiebat, paruula sensu, id est, simplex erat, ubera scilicet legē & prophetas, nō habebat. Dicebamus ergo. Si murus est, ædificemus super eū propugnacula argentea. Si ostiū, cōpingamus illud tabulis cedrinis. In ciuitatibus uel domibus aliud est murus & aliud ostiū. Similiter in dilecta ista, in corpore isto, qd̄ est ecclesia, aliud est quasi murus & aliud quasi ostiū. Hoc ex illius tēporis statu clarius discerni potest, qn̄ primū dilecta hæc alloquenda erat, sicut iam dictū est. ¶ Alius namq; ita fortis erat, ut tormenta uel obprobria sustinere posset, & hic utiq; murus erat, iuxta illud: Ego quippe (ait dñs) dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, & bellabunt aduersum te & non præualebunt, quia tecum ego sum. Alius in hac parte infirmior quidem erat, & forte p̄secutiones fugiens latere uolebat, sed habebat grām aliquā, Verbi gratia: Sacerdos talis officij grām, scientiāq; cathezizandi rudes, & baptizandi credentes. Hic nimirū ostiū erat, quia sicut per ostiū in ciuitatē uel in domū introitur, ita p̄ tale ministeriū credētes ecclesie incorporantur. Igitur si murus est (ait) ædificemus super eū propugnacula argentea, id est, si digne p̄t stare uel permanere pro fide in agone certaminis, suggeramus illi quocūq; necessaria sunt ueritatis testimonia, ut nō minus respondere sciat, q̄ si legisset legē aut prophetas, iuxta illud: Cū steteritis ante reges & p̄sides, nolite præmeditari qualiter respondetis, ego enim dabo uobis os & sapientiā, cui non poterūt respondere & contradicere omnes aduersarij uestri. Item. Non enim uos estis qui loquimini, sed sp̄s patris uestri q̄ loquitur in uobis. Nōne sic factū est? Nōne si rite cōsyderes cōfessiones & responsa martyrum, in illis dūtaxat exemplaribus, quæ fideliter ac simpliciter siue fūco humani ingenij scripta sunt, ubi responsa illoꝝ, ut dicta, sic excepta sunt: nōne in quā responsa illoꝝ nobis propugnacula, & nō qualiacūq; sed propugnacula argentea sunt? Casta namq; & castigata sunt, multumq; nitoris ac splendoris habent, iuxta illud: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Si ostiū est, compingamus illud tabulis cedrinis, id est, eū qui non tantæ est fortitudinis uel tolerantie, ut tormenta passionū sustinere possit: attamen illius est officij siue deuotionis, ut uiam uel introitū fideliter faciat uolentibus introire in regnū dei baptizando siue cathezizando illos uerbo dei: faciamus, ut sit memoria impubilis atq; suis auis secundum similitudinē cedri, ligni odoriferi atq; impubilis, iuxta Dauidicū illud: Lustrus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Sunt enim multa dona gratiarum, quæ ualeant & sufficere possint illis, qui etiam si cupiant, palmam martyrij non attingunt. Quid ad hæc illa? Ego murus, & ubera mea turris, ex quo facta sum coram eo qua si pacem reperiens. ¶ Et est sensus. Primo quidem tempore cū iam alloquenda essem, & de nostra fide secundum charitatem tuam respondere inciperem, paruula eram sicut dilecta dilecte mi, & ubera nō habebam: sed nunc & murus sum, & ubera sunt mihi, non qualiacūq; sed sicut turris. Processu namq; temporis uenerunt scriptores mei, confortati sunt interpretes mei, legemq; ac prophetas totūq; uetus pariter ac nouū testamentū in linguas, maxime græcam & latinam, de uno hebraicæ linguæ repositorio transtulerunt, & ecce spiritu & litera fortiter instructa sum, habens etiā de meis, qui mihi nati sunt, filijs doctores & explanatores luculentos utriusq; testamenti. Propterea dixi, Ego murus, & ubera mea sicut turris. Non autē hoc ex me, sed ex gratia dilecti. Propterea & istud subiunxi. Ex quo facta sum corā eo quasi pacē reperiens, id est, ex quo p̄ fidē accepi peccatoꝝ remissionē. Nā ex filij sui, & ex eo proficiens atq; succrescens, istā quoq; grām cōsecuta sum, ut nihil mihi desit de scripturis utriusq; testamenti, & ecce ubera mea sicut turris, quia nihil cōtra possunt pagani, iudæi, hæretici. ¶ Uinea fuit pacifico in ea que habet populos. Trahit eā custodiibus. Uir affert p̄ fructu eius mille argenteos. ¶ Hoc dilecta ad gratiam & gloriam de semetipsa dicit. Et dilectus continuo respondens ait. Uinea mea coram me est, mille tui pacifici, & ducenti bis qui custodiunt fructus eius. ¶ Ad causam dilectæ huius

Vbera, lex & prophetæ.

Quis murus, quis ostiū est. Hier. ij.

Propugnacula argentea refusa martyrum.

Math. jo.

Psal. ij.

Psal. xj.

Vbera mea turris.

huius, quæ hoc ipsum loquitur, multū pertinet, meminisse & denarrare, in quo plan-
 tata fuerit uinea dilecti sui, scilicet utrum in fide an in operibus, de qua uidelicet uinea &
 lex & propheta: & in euāgelio suo multa loquitur ipse dilectus. Propterea nunc dicit. Vi-
 nea fuit pacifica in ea quæ habet populos. Quæ nam illa est quæ habet populos? Fides an
 lex? Non utiq; lex, sed fides. In fide uinea domini plantata est, non in lege, quemadmodū
 & apostolus dicit. Non em̄ per legem promissio Abrahamæ aut semini eius, ut hæres esset
 mundi, sed per iustitiam fidei. Et subinde. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit pro-
 missio omni semini Abrahamæ, non ei qui ex lege est solum, sed ei qui ex fide est Abrahamæ, q
 est pater omnium nostrum, sicut scriptum est quia patrem multarum gentium posui te an-
 te deum cui credidisti, Item de eodem. Qui contra spem in spem credidit ut fieret pater
 multarum gentium secundum quod dictum est ei, sic erit semen tuum sicut stella cæli &
 non infirmatus est fide, &c. Ergo quæ habet populos ipsa est fides, quia per fidem Abra-
 ham pater populorū, pater multarum gentium factus est. ¶ Quid igitur d̄ amula mea, d̄ sy-
 magoga siue carnalis circumcisio contra me gloriaris quasi de operibus legis, quod solatu
 sis uinea domini? Ante legem fuit uinea domini, plantata in fide, & tu in prauum conuer-
 sa es, plantatio autē illa permanet. Ego autem (ait plantator ipse) plantaui te uineam electā,
 omne semen uerū. Quomodo conuersa es in prauū uinea aliena? Quid igitur lex? Propter
 transgressiones (ait Apostolus) posita est. Hinc & alius propheta: Uinea facta est dilecto
 in cornu filio olei, & sepiuit eam, &c. In cornu facta, id est, in fide plantata est, quia fidei fir-
 mitas illa per cornu designatur, de qua Apostolus: Ideo ex fide ut secundum gratiam pro-
 missio firma sit omni semini Abrahamæ. Sepiuit autē eam, quid est nisi hoc ipm, quod lex pro-
 pter transgressiones posita est? Itaq; nihil dubium remanet, quin pacifico, id est, dilecto (ip-
 se est em̄ pax nostra qui fecit utraq; unum) uinea facta uel plantata fuerit, non in lege, sed
 in fide: & iccirco non nouo consilio defenditur dilecta hæc, scilicet ecclesia ex gentibus, qd̄
 ex fide absq; operibus legis iustificetur. Tradidit eam custodibus, id est, patriarchis, duci-
 bus, iudicibus, sacerdotibus, prophetis, atq; regibus: & sicut Esaias dixit: Turrim quoque
 & torcular, id est, templum & altare ædificauit in medio eius, & expectauit ut faceret uuas
 & fecit labruscas. Ita conuersa est in prauū uinea aliena. ¶ Quæ deinde dicit: Vir affert pro
 fructu eius mille argenteos, uinea mea corā me est, mille tui pacifici & ducēti his qui cu-
 studiant fructus eius, ex opposito illius, quæ in prauū conuersa est, melius intelligitur. Et
 fodi eā mihi (ait in Osee dñs) quindecim argenteis & choro ordei & dimidio choro ordei,
 & dixit ad eam. Dies multos expectabis me, ne fornicaberis & non eris uiro, sed & ego ex-
 pectabo te &c. ¶ Sacramentū in numeris istis absconditū est pulcherrimū, hic in mille du-
 centis argenteis, illic in quindecim argenteis & choro ordei & dimidio choro ordei, cuius
 uidelicet sacramenti hæc summa est, qd̄ ista & uirgo sit & uiro coniuncta: illa autē neq; uir-
 go, neq; uiro coniuncta. Huius namq; uirginitatem unitas millena, coniunctionem uero si-
 ne nuptias binarius centenus significat. Arithmetici siue abacistæ melius norunt quod di-
 citur, & qua ratione unitas uirgo pronūcietur, usū habent in suis tractatibus, q̄ uidelicet in
 semetipsa multiplicata nihil creat, q̄a semel unus, unus est, qd̄ nulli alij nūero cōtingit. Nā
 ceteri nūeri in semetipso ducti alios creant, ut bis duo, quatuor: & ter tria, nouē. Porro nu-
 ptias huius centenus designat binarius, et hoc felicissimū est, quia dilecta hæc q̄ ex fide est,
 semper uiro cōiuncta est, et semp uirgo permanet. E contra illius uirginitatē simul et corru-
 ptionē illud mystice designat, qd̄ precii eius neq; in unitate mansit, neq; ad binariū puenit,
 cū dicitur, fodi eā mihi quindecim argēteis et choro ordei et dimidio choro ordei. Si argen-
 teos attēdas, neq; decē sunt argētei, q̄ esset unitas decena, neq; uiginti, q̄ esset binarius dece-
 nus: sed sunt quōdecim, in quo uidelicet nūero plus unitate minus est binario. Si iter neq; uir-
 ginitas tū choro ordei, neq; duo sunt chori sed choro et dimidiū ordei, plus monade, min⁹
 binario. Itaq; et illi hoc infelicissimū est, q̄a neq; uirgo ē, neq; uirginitatem habet. Nūc breuiter s̄ræ
 hui⁹ seriē recurram⁹. Uinea fuit pacifico in ea q̄ habet pplos, i. ois. plantatio quā plantaui
 dilectus uere pacificus, p̄ quē deo reconciliati sumus, in fide plātata ē Abrahamæ, p̄ quā ille oēs
 hæreditauit populos. Tradidit eā custodibus, cōmisit eā rectoribus, uir affert pro fructu ei⁹
 mille argenteos, i. quibus operarius fidelis ac uirtuosus scripturarum peritus et ore facun-

Vinea planta-
ta in fide, non
in opib⁹ legis

Roma. 4

Vinea dñi an-
te legem plan-
tata est.

Hiere. 2

Gala. 3
Esaia. 51

Roma. 4

Ephe. 2

Diversi uineę
custodes.
Esa. 5.
Hiere. 2.
Preciū uineę

Osee. 3

Mysterium
in numeris

Viduitas &
corruptio uir-
ginis iudaicæ.

Ephe. 2.
Roma. 4

1. Cor. 9. Oēs argenti eius mille. **dus, cunctas fidelis sermonis copias impendit prædicando, ut præcipiat tēpore suo quippiam de fructu eius. ¶ Omnes argentei eius mille, id est, omnes sermones eius cōsonant in una fide, quæ sicut iā supra dictū est, numerus iste millena unitas est, quæ arithmeticis nō incognitū est. Ad hæc ille, Vineam meam coram me est. Et est sensus, Ego non sum mutatus, sed ubi plantaui, ibi quero, & habeo vineam meam, scilicet non in lege, sed in fide. Si enim qui ex lege hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio, & esset mutabilitatis quæ in deum non cadit. O tu quicumque es, qui in hac vinea mille argenteos (de quibus iam dictum est) expendis, mille tui pacifici, id est, pacem, uidelicet remissionem peccatorum facientes uel acquirentes sunt tibi; & ducenti his qui custodiunt fructus eius, uidelicet in eo, ut uirginali coniugio in cœlestibus nuptiis, quas hic significat binarius centenarius, cum dilecto & dilecta in sempiternum perfruantur. **L. Que habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire uocem tuam. ¶ Quis dicat, cui dicat, manifestum est. Dilectus enim dilectæ dicit, quæ habitas in hortis. Quibus in hortis habitat dilecta, nisi in amœnitate scripturarum, in delectatione uirtutū, pulchre florentium, bene olentium, semper uiuentium; Fac me, inquit, audire uocem tuam. Quomodo? Nimirum ita sicut scriptum est. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit dominus mihi. In manu enim forti eduxit me de Aegypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos, & ut lex domini semper sit in ore tuo. Nam te ueraciter ego eduxi de Aegypto, de tenebris huius seculi, de seruitute peccati, in terram istam fluentem lac & mel, ut habitares in hortis istis, in omnibus scripturarum sacramentis, ubi ueraciter sunt fontes & riuus lactis & mellis, fluentes de spiritu dei & hominis Iesu Christi dilecti tui. Fac igitur ut dixi, fac me audire uocem tuam, ita ut lex domini semper in ore tuo sit, nunc prædicando, nunc orando, nunc psallendo. His namque modis libenter audio uocem tuam; & ut amplius sapienter ac sollicitate id facias, ecce dico tibi, amici auscultant, etiam illi quos non uides corporalibus oculis, sancti scilicet angeli, iuxta illud: In conspectu angelorum psallam tibi. Quid tandem o dilecta dicis? **L. Fuge dilecte mi, assimilare capree hinnuloque ceruorum super montes aromatum. ¶ O uocem dignam auditu dilecti, uocem de corde fideli & mente humiliter. Hoc enim est quod anima quælibet fidelis & sapiens dicere consueuit. Domine nō sum digna, ut intres sub tectum meum, non sum digna ut in me ostendas frequens aliquod præsentis uita gloriæ, sed desidero gratiam: non quero claritatem oculorum, sed opto remissionem peccatorum. Fuge inquam dilecte mi, & saltus huiusmodi similes saltus capree aut hinnuli ceruorum effice, non super me, sed super montes aromatum, super præcella merita sanctorum atque perfectorum. ¶ Qui sancti atque perfecti sunt, & causam præsentem habent, ut necessario miracula fiant, illorum est aliter dicere: Exempli gratia, Helizai propheta, qui meritorum bene conscius, & causam habens præsentem, propter quam oporteret miracula facere: Oro (inquit ad Heliam) ut fiat spiritus tuus duplex in me, & ita factum est: duplicitate enim quàm Helias iste miracula operatus est, ut aliquos de populo reuocaret ab impietate Iezabel, & à peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel. ¶ Sed & in hoc fuge dilecti mi, ut semper sis incomprehensibilis. Nam istud concedendum est tuæ maiestati, ut non possis comprehendi, semperque sis desideratus ac desiderabilis, nosque lateat, quamdiu sumus in hoc corpore, quàm magna sit multitudo dulcedinis tuæ quam abscondisti timentibus te. Fuge fuge cautus nobis ac prouidus, ne unquam dum uiuimus nos comprehendisse arbitremur, sequentes ut comprehendamus. Montes aromatum, ecce super uos dilectus, assimilatus capree hinnuloque ceruorum. Dicit autem ad quandam unum ex amicis, sapiens admodum: si etiam sciuisset afflictum uel percussum legitime consolari, Voca ergo si est qui respondeat tibi, & ad aliquem sanctorum conuertere. O montes sancti, causam singulorum & omnium nostrum in uno illo, in quem hoc dictum est recognoscimus: & ideo quod illi ab animo indiscreto datum est consilium, nos discrete suscipimus, & sequi desideramus. Ille enim uidelicet Iob, quod interpretatur dolens, & in eo quod Satan expetiuit eum ut tentaret, & in eo quod tentatus, fidelis inuentus est, omnium, qui pie uolentes uiuere in CHRISTO, psecu******

1. Cor. 9.
Oēs argenti
eius mille.

Roma. 4

Mille tui
pacifici.

Fac me audire
re uocem tuam
Exo. 33.
Deut. 6.

Psal. 37

Mat. 8.
Fideles nō pe-
cunt sibi glo-
ria miraculoꝝ

Petitio
Helizai

4. Reg. 2.

Fuge dilecte
mi, quia incō-
prehensibilis es
Psal. 30.

Montes aro-
matum sunt
sancti.

Iob. 5.

Eccī. 44


persecutionem patiuntur, dolores et gemitus, et subsequentes consolationes in semetipso
 prae monstravit: et in responsis suis ab illis dumtaxat cognoscitur, quicumque pro causa pie
 tatis, seu foris uisibiliter, seu intus inuisibiliter ab inuisibilibus inimicis tribulatur. Ad quem
 igitur uestrum conuertemur? In quo ex omnibus uobis fugientem dilectum citius conse
 quemur et comprehendimus? ¶ O beata Maria, mons montium, uirgo uirginum, san
 cta sanctorum, ad omnes quidem conuertimur montes aromatum, et uocamus ut respon
 deant nobis, et hoc est quod unusquisque nostrum dicit. Leuavi oculos meos in montes, un
 de ueniet auxilium mihi: sed ad te praecipue conuertimur, ad te praeter ceteris oculos nos
 tros leuamus, tuum praeter omnibus auxilium suspiramus. Per sanctum uteri tui sacramen
 tum, et illum qui animam tuam pertransiuit gladium, obtine, ut uideamus ipsam illumina
 tionem montium aeternorum, scilicet dilectum et ex dilecto dilectum, simulque
 dilectionem amborum, id est, patrem et filium et spiritum sanctum
 deum unum, uiuum et uerum, cuius regnum et imperi
 um permanet in secula seculorum,
 A M E N.

2. Tim. 3.

Saeti a nobis
 inuocadi hinc
 oes, maxime
 mater dei.
 Psalm. 110

Luc. 2.
 Gene. 49

¶ Ecce candide lector, habes hic septem libros Commentariorum in Cantica Canticoꝝ,
 de incarnatione uidelicet filij dei, ab omnibus iamdiu desideratos, Authore
 Ruperto, Abbate Tuitiensi, Impensis uero honesti uiri Francisci
 Byrckman, diligenter nunc primum excusos. Anno
 domini M. D. XXVI. quarto
 Nonas Octobres.









RUDOLPHUS
M. 12. 110

C 58

Th
45a